Don. Lind. 115

Digitized by Google

Dom. Lund. 115

MUSEI FRANCIANI DESCRIPTIO.

Musei
Franciani
descriptio

28 G

Viennæ apud And. Gaſsler 1805.

Bayerische
Staats-Bibliothek
München

Bayerische
Staatsbibliothek
München

PRAEFATIO.

Quum viro celeberrimo, atque eruditiſsimo F. W. REIZIO *muſei Franciani deſcriptionem per negotia complura perficere haud quaquam liceret, id muneris mihi demandare inclitiſsimo poſſeſſori placuit.*

In quo exsequendo quam rationem sequutus sim, paucis exponendum videtur.

Reizius aliquamdiu Vindobonæ commoratus singula muſei cimelia visa, tractata, examinata deſcripserat. Has Schedas, quasi ducem, sequebar.

Ex his Schedis Reizianis videbam ſcriniorum, et serierum, quibus opera singula adſervantur, in deſignando habitam eſse rationem; quare rectiſsime me facturum existimavi, si, eodem servato ordine, res singulas verb:s, quam pauciſsimis deſcriberem, et unius cujusque, tam in ſcriniis ipsis, quam in horum ſeriebus, locum, materiem, menſuram, artificium etiam, ubi commode fieri poſset, indicarem; id quod in duobus primis Capitibus observavi. In reliquis digerendis ab hoc ordine non nihil diſcedere debui, quoniam non pauca in aliorum claſsem adſcribenda erant. Unde poſthac (praeterquam ubi de diis, heroibus, hominibus aliis tam cognitis, quam incognitis diſseritur) in instrumentis, vasis, supellectili, aliis deſcribendis ordinem alphabeticum sequi visum est, ita quidem, ut, quæ ad unum genus v.c. lucernarum, paterarum, poculorum etc. pertinent, uno loco enumerarem.

Quod ad operum deſcriptorum menſuram attinet, in ea deſignanda ſequuti ſumus di-

mensionem ad pollices, et lineas pedis Viennensis, qui est ad Parisiensem ut 35. *ad* 36.

Quod reliquum est brevem rerum, in uno quoque Capite descriptarum indicem, et quasi conspectum adjiciendum putavi, quem non injucundum, neque infructuosum fore opinor. Ex hoc enim discere potest L. O. et B. non solum quot v. g. Iovis, Iunonis, deorum, dearumve aliorum etc. Signa, imagines, item vasa, pateræ, pocula, lucernae, alia, in museo Franciano reperiantur, verum etiam si cujusque operis numerum indicatum evolverit, ex ejus descriptione videre, in quo musei Scrinio, qua ejus serie collocatum exstet, quæ singulorum sit materia, mensura, quæ reliqua ratio.

Ceterum vale L. O. et. B. Scribebam Vindobonae pridie Calend. MDCCCIV.

DESCRIPTIO

SIGNORVM

STATVAE ET SIGNA.

SCRINIVM PRIMVM.

1. (*Ser.* 1. *Catalog. A. n.* 521) CERES, nuda, ore paullum aperto, flexoque genu dextro. Aes, 10½ alt. In baſ. lign Opere nouo quidem, ſed probo.
2. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 194) MELEAGER, cum cornu e dextro humero dependente. Venabuli reliquiae ſuperſunt. Aes, 8½ lat. In baſ. cuprea.
3. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 525) DIANA. Op. affabre facto. Aes, 9½ lat. In b. lign.
4. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 607) GLAVCVS cum ARIADNE, uti nonnullis videtur. Aliis eſt TRITON *Venerem* vehens, vel *Nympham* vi rapiens. Hujus, quaecunque ea demum ſit, capilli ſingulari ratione comti ſunt. Aes, 8½ alt. 5½ long. In b. lign
5. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 467) MVLIER INCOGNITA, quae caput, neſcio quod, capillis horridis barbaque ſimili, pede d. protrudere videtur. Ejus veſtis affabre facta, reliquus ornatus ſingularis eſt. Aes, 7¾ alt. In b. lign.
6. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 392) HERCVLES requieſcens. Aes, 5½ alt.
7. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 640) M. AVREL. ANTONINVS philoſophus, insidens equo fraenato ſtragulaque tecto. Paludamentum in humero dextro affixum, verſus ſiniſtrum ita defluit, ut pectus velet. Manus d. extenſa eſt, ſ. fraenum tenet. Aes, 9¼ alt. 7½ long. In baſ. aen. artificioſe facta.

(*Ser.*

8. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 352) MERCVRIVS, flexo pede siniſtro. Ad pedes ejus eſt caput vel Argi, vel Hippolyti. Aes, $7\frac{1}{2}$ alt. In b. lign.

9. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 515) APOLLO *Citharoedus*, capillis artificioſiſſime cultus, pallioque veſtitus. Soleas geſtat, quarum ligamenta in pede d. cernuntur. Aes, $9\frac{1}{2}$ alt. In b. lign.

10. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 178) HERCVLES, clavam et pellem leoninam tenens. Opere elegantiſſimo, cui aerugo nihil nocuit. Aes, $10\frac{3}{4}$ alt. In b. aen. 3. poll. alt.

11. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 828) IVPITER, cujus capilli, diademate, praetereaque, ut videtur, corona laurea vincti, criſpati non ſunt, ſed in duos cirros, e cervice pendentes, colligati, ſublata manu ſin. non tam minari, quam poteſtatem ſuam ſignificare videtur. Aes, $3\frac{1}{2}$ alt.

12. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 58) MVLIER ſeſe lavatura, ideoque faſcia infra pectus ſe obligans, capillis ad cervicem colligatis, ſed poſthac paſſis. Aes, $3\frac{5}{8}$ alt. Sign. aeruginoſum, in b. lign.

13. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 46) BACCHANS, capillis circa caput ligatis, quae cymbala pulſat. Aes, 7. alt. In b. lign.

14. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 29) MERCVRIVS, cujus brachium ſin. pallio, poſt tergum ex humeris pendente, involutum eſt. Aes, $2\frac{1}{4}$ alt. In b. lign.

15. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 544) HERCVLES, ſeu quis alius caput pelle leonina tectus, cujus pedes in pectore coeunt. Dextra ſublata haſtam, aliudve miſſile tenuiſſe videtur. Aes, 4. alt. In b. lign.

16. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 545) GLADIATOR ETRVSCVS, nudus, capillis in vertice ita ligatis, ut quaſi conum aliquem efficiant. Aes, $4\frac{3}{4}$ alt. In b. lign.

17. (*Ser.* 1. *Cat. A n.* 399) IDEM. Clava fracta eſt, quam manu d. geſſit. Aes, $2\frac{1}{8}$ alt. In b. lign.

18. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 400) IDEM, alia tamen facie. Aes, $2\frac{1}{4}$ alt. In b. lign.

19. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 403) IDEM, clavam attollens. Totus aerugine viridis. Aes, $2\frac{1}{2}$ alt.

20. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 21) PRIAPVS, barba longa et bifariam diviſa. Totus viridis. Aes, 3 alt.

21. (*Ser.*

21. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 910) ISIS, Horum lactans, cujus capilli extremi, ex utroque humero in pectus defluentes, in nodum colligantur. Aes, $4\frac{1}{2}$ alt. In b. lig.

22. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 507) BACCHI SACERDOS, incertum, utrius ſexus. Manu d. nonnihil, duobus panibus ſimile, geſtat. Pallium ex humero et brachio ſin. dependens, velat femur dextr. et inde ad genua pertinet. Aes, 5 alt. In b. lign. (Figura similis ei, quam Montefalcon. T. I tab. 160 n. 5 edidit).

23. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 379) VENVS, nuda, vel ipſa quidquam obſervans, vel Paridi ſeſe monſtrans. Capilli circa totum caput contorti, et in cervice in nodum colligati ſunt, e quo duo cirriſuper humeros in pectus defluunt. Aes, $4\frac{3}{4}$ alt. In b lign.

24. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 739) *Columna quaſi contorta*, quam homo macie confectus, oculis grandiuſculis, qui prae metu vel dolore clamare videtur, complectitur. Aes, $3\frac{1}{8}$ alt. In b. lign.

25. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 482) PRIAPVS, pedibus intus converſis; vel, quod non nemo mauult, figura Etruſca, brachiis quaſi ad corpus, et pedibus inter ſe glutinatis. Aes, $3\frac{1}{2}$ alt. In b. aenea quadrata, $1\frac{1}{8}$ alt.

26. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 181) OSIRIS, vel, quod alii malunt, SACERDOS, nudus, mitram Phrygiam in capite geſtans. Aes, $3\frac{1}{8}$ alt. In b. lign.

27 (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 588) AELVRVS. Totus aerugine viridi venerandus. Aes, $3\frac{1}{8}$ alt. In b. lign.

28. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 497) PRIAPVS, mitram caput arcte cingentem geſtans, pedibus preſſe collocatis. Aes, $2\frac{3}{4}$ alt. In b. lign.

29. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 599) FIGVRA HVMANA, Silvano perquam ſimilis, in columna aenea, rotunda ſedens, quae loco brachii ſin. alam, dextri vero aliquid pinnae ſimile habet. In parte columnae inferiori cernitur figura caelata, in ipſam quaſi ſcanſura. Aes, $3\frac{1}{2}$ alt.

30. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 600) EADEM FIGVRA, praeterquam quod pinnae loco, ala minor eſt. Aes, $3\frac{1}{4}$ alt.

31. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 586) IDOLVM AEGYPTIACVM, aerugine fere conſumtum. Eſt, qui *Oſirim* credat. Aes, $2\frac{1}{4}$ alt. In b. lign.

32. *Ser-*

32. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 405) HERCVLES, puer, serpentem elidens. Stat in b. aen. fundendo simul facta. Aes, 3 alt.

33. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 670) ACTAEON, erectus, et in cervum mutari coeptus. Aes, $2\frac{1}{2}$ alt. In b. lign.

34. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 429) PVER, crispis crinibus, affabre factus. Aes, 7 alt.

35. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 115) VENVS, pede dext. stans, sublato paullum sinistro, qui est vinctus, & quem versus manum d. extendit. Columnam brachio s. complexa, nititur ipsius capitulo, e quo alia quasi columella, eminet. Capilli sunt eleganter comti. Aes, $4\frac{1}{4}$ alt. In b. aen. quondam deaurata.

36. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 165) MILES, qui Volusianus putatur, galeatus, nudis pedibus. Aes. $4\frac{1}{4}$ alt. In b. lign.

37. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 602). REX INDICVS, scutum gestans, superiori parte ouo, inferiori S simile. Aes $3\frac{1}{2}$ alt.

38. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 560) SATYRVS, sedens, hircinis cornibus, iisque contortis, auribus, ac pedibus, qui prae lascivia surgere videtur. Aes, $2\frac{1}{2}$ alt. In b. lign.

39. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 558) SATYRVS, sedens, cornibus minutis, auribus humanis, pedibus hircinis, mystace et barba promissa, ore nonnihil aperto, oculis grandibus. Opere eleganti. Aes, $2\frac{1}{4}$ alt. In b. lign.

40. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 173) CYNOCEPHALVS, sive ANVBIS, genubus flexis sedens, remque dubiam manibus post tergum tenens. Aes, $1\frac{1}{2}$ alt. In b. lign.

41. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 964) IDOLVM AEGYPTIACVM; fortasse CANOPUS, si non ipsa ISIS, auribus, ut videtur, asininis. Caput cingit vitta, ad ceruicem vincta. Infra pectus, velut i Herma, in columnam exit quadratam, cujus in latere aduerso characteres ignoti exstant. Aes, 3. alt. In b. lign.

42. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 582) OSIRIS, cujus in capite est avis, ad dignoscendum difficilis. Aes, $4\frac{1}{2}$ alt. In b. lig. (Figura valde similis ei, quam *Lippertus* Dactyl. M. 1. n. 868; et Borioni Collect. Ant. tab. 6 exhibet).

43. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 603) FEMINA grauida, pubem laeva tegens, Rom. potius, quam Graeca facie. Aes, $3\frac{1}{4}$ alt. In b. lign.

44. (*Ser.*

44. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 527) DIANA VENATRIX, cujus corpus cingit taenia ſingularis. Aes, $2\frac{7}{8}$ alt. In lamella aenea rot. fundendo ſimul facta, et b. lign. infixa.

45. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 502) BACCHANS, qui talo d. ſtat, et pedem s. oblique tollit. Aes, $3\frac{1}{2}$ alt. In b. lign.

46. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 163) VENVS, (n. 23 perquam ſimilis), capillis ſingulari ratione comtis, flexo paullulum pede dextro. Manu ſin. pubem tegere velle videtur. Aes, $4\frac{1}{2}$ alt. In b. lign.

47. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 361) IVPITER, totus nudus et aeruginoſus, barba bifariam ſeparata et infra pectus dependente. Fulmen cuneo curuato ſimile eſt: manus ſ. dependens pugnum efficit. Aes, $3\frac{1}{2}$ alt. In b. lign.

48. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 385) FAVSTINA, incertum, materne, an filia, editur quidem, ſed *Veneri* ſimilior eſt. Aes, $4\frac{1}{2}$ alt. In lamella aen. rotunda, fundendo ſimul facta, infixaque b. lign.

49. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 6[illegible]) PVER, capillis laevius pexis et praeſectis. In ſcuto oblongo octogonali, quod tenet, legi poſſunt litterae S. F. reliquae non item. Aes, $2\frac{1}{2}$ alt. In lamella aenea, antecedenti ſimili, et b. lign.

50. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 407) HERCVLES puer, ſimilior *Baccho*, niſi quod hedera, vel palmite caput non eſt vinctum. Manu ſ. tenet quicquam, cuneo valde ſimile. Opere eleganti. Aes, 8. alt. In b. aen. rotunda, ſimul fuſa.

51. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 908) ISIS, Horum lactans, et calathum cum perſea, ſive loti flore, in capite geſtans. Aes, 5 alt. In b. lign.

52. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 573) EADEM, ſedens, etſi ſella deſideretur. Ejus in capite eſt avis incerta, fortaſſe niſus; et capillorum circinni ex utroque humero dependentes, ad pectus pertinent. Aes, $3\frac{3}{4}$ alt. In b. lign.

53. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 831) ISIS alia, ab humeris usque ad pedes involuta, ita ut non niſi manus extremae, decuſſatim poſitae, pedumque digiti cernantur, facie, qua naſum et labium ſuperius, Aethiopicam formam exhibente. Argentum 5 ſemunciarum. 4 alt. In b. lign.

(Simiis

(Similis est ei, quam Winkelm. describit Hist. Art. p. 89. ed. Vien et Lippert. Dact. I. 869 exhibet.)

54. *Ser.* 2. *Cat. A. n.* 1) ISIS, alia sedens, nuda et antecedenti in multis simili, nisi quod facies ab Aethiopica magis discedit. Brachia haud secus, ac si Horum gestaret, prae se tendit. Aes, 7 alt. In b. lign.

55. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 572.) EADEM, capillis eodem modo pexis. In calatho loti flos desideratur, nec minus Horus, quem lactare adhuc videtur. Ore Aethiopico. Aes, 4 alt. In b. lign.

56. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 83) CVPIDO, volans et pharetratus, qui arcum etiam habuisse videtur. Gestus est ejus, qui sagittae emissae jactum spectat, et valde artificiosus. Aes, 4 alt. In b. aen.

57. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 438) ABVNDANTIA, veste duplici velata, cujus capilli pexi et contorti caput, veluti sertum, redimiunt et pectine continentur. In oculis perforatis gemmae quondam fuerint necesse est. Aes, $4\frac{1}{2}$ alt. In b lign.

58. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 671) LVPVS, et Anubis sacrificium, quod quidam existimant: sed caput simili us est equino, collum autem camelino. Aes, 1 alt. In b. off.

59. (*Ser.* 3. *Cat. A. n.* 114) VENVS MARINA, pede d. mari, s. conchae insistens, utraque manu ex urceolo ansato aquam quasi effundens, capillis eleganter comtis et bene conservatis. Opere affabre facto. Aes, 7 alt. In b. lign.

60. (*Ser.* 3. *Cat. A. n.* 14) LVCRETIA, tota nuda, manu d. gladium, cujus mucro curvatus est, tollens, laevam in pectore collocans. Facies sine doloris tristitiaeve singularis signo, laevam versus conversa suspicit. Aes, 5 alt. In b. lign.

61. (*Ser.* 3. *Cat. A. n.* 682) STRVTHIOCAMELVS, loti florem in capite gestans. Rostrum nonnihil incurvum est, ac velut in acumen tenuatum. Opus antiquum. Aes, $2\frac{3}{4}$ alt. In b. lign.

62. (*Ser.* 3. *Cat. A. n.* 343) IVPITER, crispis et capillis et barba, et oculis argenteis insignis. Fracti in eo sunt d. digiti, medius sc. et annularis, dimidiati, et fulminis pars inferior. Opere eleganti. Aes, $13\frac{1}{2}$ alt In b. marmor. affabre facta.

36. (*Ser.*

63 (*Ser 3. Cat. A. n.* 330) VENVS MARINA, pede d. conchae inſiſtens, ſ. capiti Delphini, eadem concha vecti, piſcemque non ſecus attollentis, ac ſi Veneri ſeilam praebere velit. Opere probabili. Aes, $15\frac{3}{4}$ alt. In b. lign. rot.

64. (*Ser. 3. at. A. n.* 410) CVPIDO, inſiſtens globot. et alas movens, capillis ita pexis, ut infra verticem cincinnos longiores, ὄγμος autem quaſi coronam exiguam efficiat. Vtraque manu tenet, neſcio quid, pomo perforato ſimile. Aes, $7\frac{1}{4}$ alt. In b. lign.

65. (*Ser. 3. Cat. A. n.* 440) VICTORIA, alis grandibus, alte ſublatis, gradiens, capillis laevius pexis, qui ſupra verticem intorti, quaſi coronam cincinnis efficiunt. Tunica, ad pedes defluens, totam velat; et ſuper hac veſtimentum aliud, veluti togam, geſtat. Aes, $6\frac{3}{4}$ alt. In b. lign.

66. (*Ser. 3 Cat. A. n.* 460) MARS, galeatus ita, ut crinium cincinni ſub galea prodeant. Fractum eſt id, quod d. quondam tenuit. Opere antiquo et probo. Aes, 7 alt. In b. lign.

67. (*Ser. 3. Cat. A. n.* 195) HOMO NVDVS, jaculum d. mittens, haſtam ſ. tenens, quae non minus, quam illud, quondam deaurata fuiſſe videtur. Sunt, qui ſine cauſſa Meleagrum eſſe cenant. Aes, 4 alt. In b. lign.

68. (*Ser. 3. Cat. A. n.* 61) GRYPHVS, cujus alae ſurſum falcatae. Aes, 4 alt. In lamina quadrata oblonga, ſimul fuſa, infixaque b. cupr. deauratae.

69. (*Ser. 3. Cat. A. n* 978) MONSTRUM, capite colloque ſimile draconi, corpore autem vermi. Pedes, in quibus cubat, aquilini ſunt, alae, uti veſpertilionum, denticulatae, quarum dextra fere tota fracta eſt. Aes, $3\frac{1}{4}$ alt. et $3\frac{1}{2}$ long. In b. lign. deaurata.

70. (*Ser. 3. Cat. A. n.* 556) SATYRVS. Opere recenti quidem, ſed eleganti. Aes, $10\frac{3}{4}$ alt. In b. lig.

71. *Ser. 3. Cat. A. n.* 434) ANGERONA, Dea, ſilentii praeſul, digito indice os comprimens, nec tamen tangens. Aes, $6\frac{1}{4}$ alt. In b. lign.
(Plane qualis eſt ap. Montefal. T. I. t. 213. n. 1).

72. (*Ser 3. Cat. A. n.* 334) HERCVLES, clavam nodoſam ſublevatam d pallem ſ. geſtans, qua totum brachium involutum tegitur. Aes, 9 alt. In b. aen. rotunda.

73. (*Ser.*

73. (*Ser. 3. Cat. A. n.* 388) IDEM, ablatis Hesperidum malis requiescens clavam nodosam s. tenens, tria mala d. post tergum porrecta. Aes, 8 alt. In lamella aen. rotunda. infixa b. Alabastr. 3. alt.

74. (*Ser. 3. Cat. A. n.* 443) POCILLATOR, cujus capillos sertum cingere videtur. Aes, 4 alt. In b. lign. (Similis fere ei, quem habet Causeus, Sect. 2. tab. 39).

75. (*Ser. 3. Xat. A. n.* 9) LVCTATOR manicatus, capillis praefectis laeviusque pexis, cujus femora cingit pellis duriuscula. Aes, $3\frac{1}{4}$ alt. In b. cupr. 1. alt.

76. (*Ser. 3. Cat. A. n.* 85) HIRCVS, sursum saliens, capite sinistram versus flexo. Opere antiquo et eleganti. Aes, $4\frac{5}{8}$ alt. In b. aen. aeque vetusta, quae clivum quasi efficit, in quo flores varii deaurati eernuntur.

77. (*Ser. 3. Xat. A. n.* 447) VESTALIS, ignem d. tenens, capillis sine ulla arte comtis. Vestimentum, dignum profecto, quod artifex curiosius intueatur, collum, brachia extrema, maximamque tergi partem non velat. Aes, $7\frac{3}{4}$ alt. In basi aen. fundendo simul parata.

78. *Ser. 3. Cat. A. n.* 663) EQVES VOTIVVS. Opere antiquissimo, sed rudi. Aes, 2. alt.

79. (*Ser. 3. Cat. A. n.* 11) TAVRVS, affabre factus, *Apis* signum, cujus inter cornua idem illud, quod isis capite gestare solet, apparet. Collum et tergum tegunt stragula acu picta. Aes, $1\frac{1}{2}$ alt. et 2 long. In lamella aenea, affixa b. lign.

80. (*Ser. 3. Cat. A. n.* 28) MERCVRIVS lucrifer, cujus in petaso ala dext. periit. Crumenam plenam d. sublata gestat, caduceum s. tenuit, jam deficientem. Uterque pes alatus. Aes, $4\frac{3}{4}$ alt. In b. lign.

81. (*Ser. 3. Cat. A. n.* 360) IVPITER, fulmen d. tenens, laevam tollens compressis digitis, praeter unum monstratorem sublatum. Pallium ex humero d. dependens, partem pectoris velat, brachiumque s. obvolvit. Signum elegans. Aes, $2\frac{3}{4}$ alt. In b. lign.

82. (*Ser. 3. Cat. A. n.* 220) FAVNVS, ut auris laeva acuta, et caudula satis indicant, vultu minus rustico, qui brachio sin. quod trunco nititur, pellem tigrinam gestat. Manuum gestus arguit, eum olim fistula cecinisse. Opere eleganti. Aes, $17\frac{1}{2}$ alt. In b. simul fusa.

83. (*Ser. 3. Cat. A. n.* 86) HIRCVS, qualis n. 76. nisi quod pedes anteriores magis flexi sunt. Aes, 4¼ alt. In b. non dissimili ei, quam n. 76. descripsimus.

84. (*Ser. 3. Cat A. n.* 95) HIRCVS alius, pedibus singulis stans in lamella aen. fundendo simul parata, affixaque b. lign. Aes, 1⅔ alt.

85. (*Ser. 3. Cat. A. n.* 55) IO, sub vaccae pulcrae gravidaeque figura, cujus in cauda, et pede aliquo pauca desunt. Aes, 1 alt et 1¾ long. In b. e topho facta.

86. (*Ser. 3. Cat. A. n.* 661) EQVES, votivus, aut *Deus Aegyptius*, vulpi insidens. Aes, 1½ alt.

87. (*Ser. 3. Cat. A. n.* 662) EQVES alius, sed equo vectus. Aes, 1¼ alt.

88. (*Ser. 3. Cat. A. n.* 680) BASILISCVS, cujus corpus extremum in arctius coit, et curvatur. Aes, 3¾ alt. In b. lign.

89. (*Ser. 3. Cat. A. n.* 76) LVCTATOR, qualis n. 75. eadem facie, iisdem capillis, cet. Erectus stans, utramque manum tollit. Aes, 3½ alt. In b. cupr.

90. (*Ser. 3. Cat. A. n.* 121) IVPITER, nudus, capite et barba, quibus idem, n. 81. Dextra deorsum projecta, fulmen flammans, cujus pars dimidia fracta est, tenet, laevam attollit quasi quidquam apprehensurus. Aes, 5¼ alt. In b. lign.

91 (*Ser. 3. Cat. A, n.* 129) SACERDOS AEGYPTIVS, nudus, et circum femora saltem cinctus. Manibus prae se gestat tabulam figuris obscuris plenam, e qua pendent fila cum avibus, piscibus, floribus, cet. Aes, 6½ alt. In lamina aen. fundendo simul facta, affixaque b. lign. (Fere similem habet Montefalc. T. II. t. 140. n. 10).

92. (*Ser. 3. Cat. A. n.* 10) HIRCVS, currens, pedibus jam olim instauratis. Aes, 1½ alt. et 3. long. In b. lign.

93. *Ser. 3. Cat. A. n.* 895) HERCVLES, quiescens, qualis fere ap. Montefalc. T. I. t. 129. fig. 3. nisi quod in altero caput bovillum sub clava desideratur, et quod heros dextra post tergum extensa, mala Hesperidum tenere videtur. Opere eleganti. Aes, 3¼ alt. In b. lign.

94. (*Ser. 3. Cat. A. n.* 541) PVER nudus. Aes, 5½ alt. In b. lign.

95. (*Ser. 3. Cat. A. n.* 829) CVPIDO, ſedens in globo, impoſito columnae rotundae, ſuper quadrato collocatae, capillis ita comtis, ut coronam efficere videantur. Ceterum Marti galeam, Veneri malum a Paride acceptum, abſtuliſſe putatur. Aes, $6\frac{1}{2}$ alt. Columna ſola $3\frac{2}{3}$ alt eſt.

96. (*Ser. 3. Cat. A n.* 980) EQVVS GRADIENS, recte et eleganter factus, cujus cauda non tam fracta, quam abſciſſa videtur. Aes, 6 alt. 7. long. In b. lign.

97 (*Ser 3. Cat. A. n.* 78) MILES, aut GLADIATOR, gradiens, qui ſin. projecta ſcutum elegans et Meduſae capite ornatum tenet, rejecta d. gladium, cujus capuli pars duntaxat ſupereſt. Galea, lupi caput imitans, eſt criſtata, et loro ſub mento firmata. Eſt, qui Martem eſſe contendat. Opere affabre facto. Aes, 10 alt. Ipſa b. lign. artificioſe elaborata eſt.

98. (*Ser. 3. Cat. A. n.* 898) MINERVA, triplici veſte tota fere veſtita, manu d. haſtam geſtaſſe videtur, ſ. femur tangit. In galea foramen eſt, et ſub ea prodeunt capilli, ſub cervice in nodum colligati. Aes, $11\frac{1}{3}$ alt. In b. lign.

99. (*Ser. 3. Cat. A. n. 333*) SENEX, admodum barbatus, in capite, terram verſus converſo, ubi quidquam attente conſiderat, mitram geſtat, in corpore, praeter femoralia tibialia et calceos, pallium pellibus, ut videtur, duplicatum. Eſt, qui *Anacharſin* ſuſpicetur. Opere probo. Aes, $12\frac{1}{3}$ alt. In b. aen. ſimul fuſa, infixaque lign.

100. (*Ser. 3. Cat. A. n.* 110) HERCVLES, fronde pampinea coronatus, manu d. clavam tenuiſſe videtur, brachium ſ. totum pelle duplici involutum eſt. Opere egregio. Aes, 3. alt. In b. cupr. deaurata.

101. (*Ser. 3. Cat. A n.* 168) FIGVRA MULIEBRIS, haud dubie SPES, capillis laevius pexis, nec tamen ligatis, ſed in tergo libere fluentibus, et tota fere veſtita. Manu d. ſublata trifolium conſiderat, ſ. veſtimentum paullo colligit. Aes, $2\frac{7}{8}$ alt. In b. cupr. deaurata.

102. (*Ser. 3 Cat. A. n.* 89) FORTVNA, quae d. temonem ſeu gubernaculum, ſ. cornucopiae biceps tenet, capillis ita comtis, ut Iſidi ſimilis videatur. Aes, $3\frac{1}{4}$ alt. In b. lign deaurata.

103. (*Ser.* 3. *Cat. A. n.* 64) VIR CORONATVS, manu d. cornu, sin. pateram jam fractam tenens. Praeter tunicam, ad cingulum usque apertam, amiculum multarum plicarum, ex utroque humero dependet. Caligas etiam gestat. Aes, $3\frac{1}{3}$ alt. In b. cupr.

104. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 486) PRIAPVS, barbatus, sertum hederaceum cum pampinis in capite gestans, cujus lemnisci post brachia libere volant; pallium rotundum et longiusculum in pectore apertum est; utraque manu tenet ingentem uvarum, frugum et frondium fascículum, infra quem membrum crassa magnitudine eminet. Aes, $2\frac{1}{2}$ alt. In b. lign.

105. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 807) IDEM, in capite calathum frugibus foliisque plenum gestans. Vestitus est tunica praelonga, quam in sinum colligit, ut uvas et fruges ferre possit. Argentum, $1\frac{3}{4}$ alt. In b. facta ex vena argentea eleganter polita.

106. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 3) FIGVRA MVLIEBRIS, tota a capite usque ad talos amiculo seu linteo velata, cujus ora extrema acu picta est Sunt, qui *Iunonem pronubam*, alii, qui *Aegyptiam* affirment. Neutri vere. Opus tamen antiquum. Aes, $4\frac{7}{8}$ alt. In b. aen. simul fusa.

107. (*Ser.* 4 *Cat. A. n.* 458) PALLAS, galeata, cujus thorax, Medusae capite insignis, et pectus et tergum penitus tegit, sub eoque habet non solum tunicam breviorem, sed etiam indusium, quod ad pedes usque pertinet. Manu d. sublata hastam gestasse videtur, sin. fracta est. Aes, $2\frac{1}{4}$ alt. In b. lign.

108. (*Ser.* 4 *Cat. A. n.* 865) VICTORIA, expansis alis globo insistens, et coronam d. prae se ferens; dubium est, quid s. teneat. Aes $2\frac{1}{2}$ alt. In b. lign.

109 (Ser. 4 Cat. A. n 65a) MVLIER SACRIFICANS, capillis solita ratione comtis, manu d. pateram, s. malum, remve similem tenens. Brachium d. totum est nudum. Aes, $2\frac{3}{8}$ alt. In b. cupr.

110 (*Ser. Cat. A. n.* 65*b*) VIR NVDVS, capillis laevius pexis manu d. patinam tenens, quid s. tenuerit, nemo discernere potest. Aes, $3\frac{5}{8}$ alt. In b. lign.

111. (*Ser.* 4 *Cat. A n.* 73*a*) VENVS, Mediceae admodum similis, manu d. pectus occultat, s. pubem.

Capil-

Capillorum ornatus uſitatus eſt. Aes, 3 alt. In b. cupr. $\frac{3}{4}$ alt.

112. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 73*b*) MVLIER NVDA, fortaſſe Cleopatra, manum laevam mammae ſin. nonnihil adplicans, facie prae vetuſtate et aerugine non dignoſcenda. Aes, $3\frac{3}{8}$ alt. In lamina aen. ſimul fuſa infixaque b cupr.

113 (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 82) VIR NVDVS, capillis praeſectis, manum d. lateri, ſ. femori adplicans. Fortaſſe gladiator quieſcens, et ſignum arma capiendi exſpectans. Aes, 3 alt. In b. cupr.

114. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 27) MERCVRIVS, petaſatus, ſed alis deficientibus, pallio brachium d. involvente. Laevam prae ſe fert, d. crumenam geſtat. Caligae a cruribus usque ad pedum digitos loro vinctae sunt. Aes, $4\frac{1}{2}$ alt. In b. aen. ſimul fuſa.

115. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 354) IDEM, petaſi pedumque alis, caduceo ac ſerpentibus, qui ipſum ambiunt, integris, crumenam manu ſ. geſtat, pelle ovina, ex humero dextro dependente, corporis partem velante. Opere antiquo, eleganti, bene conſervato. Aes, $3\frac{1}{2}$ alt. In b lign.

116. *Ser.* 4 *Cat. A. n.* 53) IDEM, manu d. tenet crumenam, pallium ex humero levo dependet. Soleas ſaltem geſtat. Aes, 3 alt. In b. cupr $\frac{3}{4}$ alt.

117. (*Ser.* 4. *Cat. A. n* 5) HERCVLES, manu d. clavam prope crus tenens, caputque capite leonino velans, cujus pellis pars reliqua e lacerto ſin. pendet. Aes, $2\frac{3}{8}$ alt. In lamella rotunda ſimul fuſa, affixaque b. lign.

118. (*Ser.* 4 *Cat. A. n* 35) IDEM, laureatus, ita quidem ut laurus non minus, quam oculi, argentei ſint, deficiente clava et pelle leonina. Opere antiquo et artificioſo, in quo corpus Herculis nervoſum agnoſcas. Aes, $5\frac{3}{8}$ alt. In b cava et rotunda, ex lapide Lazuli, quem dicunt, facta, et $1\frac{3}{8}$ alt.

119. (*Ser.* 4 *Cat. A. n* 44) HARPOCRATES, alatus, capite radiato, huic impoſitam habens perſeam ſive loti florem, Iſidis plerumque indicem. Dextrae digito monſtratore os comprimit, laeva cornucopiae opibus plenum tenet Ex collo dependet bulla: prope ſiniſtram ſurgit arbor ſine ramis, ſerpente

circumvoluta: ante pedes est nonnihil testudini simile. Argentum vilius, $1\frac{1}{8}$ alt. In lamella argent. quae fixa est in herma ex lapide facta, et $2\frac{3}{8}$ alt.

120. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 20) IDEM, eodemque fere modo, nisi quod caput non est radiatum, latus corporis sin. pelle tectum, ad pedem d. sedet canis una cum testudine, ad s. accipiter Osiris, cum calatho capiti impositio. Argentum, $\frac{5}{8}$ alt. In lamella argentea, itidem in herma lasp. fixa.

121. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 138) OSIRIS, toto corpore ac pedibus ita velatus, ut manus duntaxat liberæ sint. Variis in locis et fasciis vestimenti exstant characteres incogniti. Aes, 7 alt. In b. aen. fundendo simul facta, et $\frac{1}{3}$ alt.

122. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 25) DIANA EPHESIA, multimammia, cujus capiti imposita est turris cum tecto. Velum, quo teguntur capilli (quorum cirrus caput ambiens dimidius apparet) longissime dependet in tergo, sub eoque prodeunt crines soluti. Utrique brachio nonnihil extenso, et ad manum usque vestito, suus cuique leo insidet. Aes, 6 $\frac{1}{3}$ alt. Stat in lamina aen. quadrata, infixa b. ex aurichalco factae et deauratae.

123. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 2) DIANA LVCINA, vel quod alii malunt, ISIS, velata, et inde a pectore usque ad pedes involuta, fasciisque quinque vincta. E capitis velo duplex lacinia satis lata in pectus delabitur. Aes, $4\frac{1}{2}$ alt. In b. aen. $1\frac{1}{4}$ alt.

124. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 576) ISIS, velata, cum calatho et persea in capite. Pes uterque supra talum fractus est. Aes, $3\frac{3}{8}$ alt. In b. lign.

125. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 123) EADEM, capillis laevius pexis, cum margaritarum linea ad utramque aurem pertinente. Superiori corporis parte nuda est; ad ejus mediam manu sin. adplicat amiculum, quo inferiorem usque ad pedes involvit. Est, qui mulierem Etruscam censeat. Aes, $3\frac{3}{8}$ alt. In b. lign.

126. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 583) OSIRIS, cujus caput, praeterquam aures, velum quoddam arcte claudit: totus, ab humeris usque ad pedes, involutus est, præter manus, quibus tenet baculum, in superiori parte nonnihil, curvum, unde serpentis caput eminet.

Aes,

Aes, 3 alt. In lamella æn. quadrata ſimul fuſa, infixaque b. lign.

127. (*Ser.* 4. *Cat. A n.* 372) GANYMEDES, nudus et currens, capillis criſpis mitra Phrygia cohibitis. Manu d. nihil tenuiſſe videtur, ſin. duo digiti fracti ſunt. Aes, 4 ½ alt. In b. e marmore nigro Florentino facta, et 1 ⅝ alt.

128. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 468) SACERDOS IVVENIS, fortaſſe CAMILLVS, uti præfericulum, quod d. extenſa tenet, indicat. Capilli ſunt præſecti, et lævius pexi; corpus totum, quin brachia, usque ad carpos, velata: et in humero ſin. dependet pallium. Manus d. demi, et alia brachio aptari poteſt. Aes, 4 ⅝. In b. qualis antecedens.

129. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 41) MERCVRIVS, petaſatus, crumenam d., caduceum ſ. geſtans. Pallium e ſin. humero retrorſum dependet, et brachii partem anteriorem ambit. Prope eum aries eſt. Argentum, 1 ⅝ alt. In b. ex argento multo præſtantiori, quam ipſum ſignum, facta.

130. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 536) CAESARVM quidam ætatis poſterioris, barbatus et floribus coronatus. Tunica eſt manicata et accincta: in tergo chlamys ſive pallium globulo in pectore junctum, usque ad ſuras dependens. Præter caligas, tibialia etiam, pedes usque ad genua velare videntur. Manu ſ. tenet palmam erectam. Aes, 4½ alt. In b. lign.

131. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 38) MAS NVDVS, fortaſſe HARPOCRATES, dextrae digitis cunctis os comprimens, lævamque ad femur promiſſam habens, in capite mitram geſtare videtur. Stannum, 1 ¾ alt. In b. minuta Alabaſtr.

132. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 830) SACERDOS NVDA, manu d. ſublata pateram, ſ. demiſſa præfericulum ſine anſa tenens. Elegans capillorum cirrus cingit caput, verticemque tegit mitra Phrygia, artificioſe facta. Aes, 5 ¼ alt. In b. lign.

133. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 70) DEA VESTA, velata et ſtolata, ac more ſolito veſtita et ornata, manu ſ. ſublevata tenet haſtam puram, d. extenſa haud dubie pateram. Opere probo. Aes, 5¼ alt. In b. lign.

134. *Ser.* 4. *Cat. A. n.* 922) PAN, vel potius *Satyrus ebrius*, titubans, dextraeque pollicem et medium concrepans. Manus s. ad carpum usque, et pes uterque fracti. Opere eleganti. Aes, $2\frac{1}{2}$ alt. In b. marmor.

135. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 806) CYBELE, *sedens*, cum corona muraria, velo et tunica ad terram usque defluente, et ad manus usque manicata. Super tunicam habet pallam. Dextra tenet vasculum oblongum, sin. in brachio cornu copiæ gestasse videtur. Oculi facti sunt ex lapide Lazuli, qui dicitur. Aes, $9\frac{3}{4}$ alt. Sedet in throno lign. eleganti et deaurato.

136. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 445) IVNO regina, sedens, manu d. pateram tenens, sinistram aperiens, digitosque, præter duos extremos, explicans. Capilli, more solito comti, in tres exeunt cincinnos. Tunica interior habet simbrias et ad pedes usque pertinet; exterior ad medios lacertos manicata est, Opus graecum præstantissimum. Aes, $9\frac{1}{2}$ alt. Figura sedet in throno lign. eleganti et deaurato

137. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 22) IVPITER, nudus, capillis in modum coronæ comtis, barba quasi bifariam divisa, et pallio ex humero sin. dependente. Manu d. tenet aquilam, alis compressis sedentem, sublata sin. qua fulmen, aut hastam puram gestasse videtur. Aes, $2\frac{5}{8}$ alt. In b. cupr.

138. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 8 *a*) MERCVRIVS, petasatus, sedet, pallio ex utroque humero dependente, cum loculo in dextra; lævæ digitis apertis præter duo posteriores. Aes, $2\frac{1}{2}$ alt. In b. lign.

139. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 8 *b*) VESTA, tunica, usque ad cubitum manicata, vestita, et infra umbilicum cincta. Pallium complicatum et caput velat, et brachium sin. cujus manus baculum s. hastam puram,, ut d. pateram tenet. Aes, $3\frac{5}{8}$ alt. In b. lign. deaurata.

140. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 446) LIVIA AVGVSTA, veluti Dea, tenens manu s. hastam puram, quæ periit, dextram expandit. In *oculis* et in *luna crinali* gemmas olim fuisse apparet, ut hodieque oculorum albor et gemmarum capsæ in diademate argentei sunt. Vestiendi ratio et elegans, et optime elaborata est.

Opus

Opus Rom. esse videtur. Aes, 7 $\frac{11}{12}$ alt. In b. lign. non sine multa arte confecta.

141. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 451) VESTALIS, vel potius *sacerdos Aegyptia*, cujus capillos mira ratione comtos, corona cingit ita, ut tres cirri in utrumque humerum labantur. Tunica, manicis carens, ad imos pedes pertinet. Tenet d. ignem, ut quibusdam videtur, s. tunicam in femore summo attingit. Aes, $2\frac{1}{2}$ alt. In lamella æn. simul fusa, fixaque b. cupr.

142. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 42) PAN, vel SATYRVS, corona hederacea cinctus: tenet vitem, quam saliendo appetit caper. Aes, $1\frac{5}{8}$ alt.

143. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 553) MILES, nudus, galeatus, d. tenens gladium, aut hastam, non amplius exstantem, s. parmam seu scutum rotundum oblongum. Aes, $4\frac{5}{12}$ alt. In b. lign.

144. *Ser.* 4. *Cat. A. n.* 62) HOMO, qui MAS videtur, imberbis, sedens in sella, dubium, curuline, an alia. Mitram, caput et capillos arcte claudentem, redimiculum sub mento vincit. Tunica est brevior, nec manicata; fasciæ pectus usque ad umbilicum stringunt. Sunt, qui *Senecam morientem* censeant. Aes, $2\frac{3}{4}$ alt.

145. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 863) FORTVNA, cum calatho sive modio in capite, crinibus more graeco ornatis, d. navis gubernaculum, s. cornu copiæ tenens. Super tunicam, ad cubitum usque manuleatam, et ad pedes imos defluentem, habet pallium, quo brachii sin. pars maxima involvitur. Aes, $2\frac{1}{2}$ alt. In b. lign.

146. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 447) EADEM, iisdem vestibus et symbolis ornata, nisi quod Isidis ornamentum, lunam aspides, globum seu solem in capite habet. Aes, $2\frac{3}{4}$ alt. In b. lign.

147. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 53) MERCVRIVS, petasatus, crumenam d. caduceum, qui periit, s. tenens, pallio ex humero sin. dependente, et brachium sin. involvente. Talaria non habet. Aes, $2\frac{3}{4}$ alt. In b. æn. $\frac{5}{8}$ alt.

148. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 853) SATYRVS, delphini capiti inequitans, et Satyram humeris vehens, capillis insolito more comtis. Delphinus non exit in pisces caudam

caudam, sed faciem quadratam (*Carricaturgesicht*). Aes, $5\frac{1}{2}$ alt. In b. lign. deaurata.

149. (*Ser.* 4. *Cat.* A. *n.* 359) MERCVRIVS, petasatus, sedens in montis vertice, læva nixus, d. crumenam tenens, pallio ex humero sin. dependente, quod pedem sin. totum velat, et femur dextrum. Aes, $1\frac{3}{4}$ alt. et $1\frac{1}{2}$ lat.

150. (*Ser.* 4. *Cat.* A *n.* 301) PVER, in genua prolapsus, qui, facie retro flexa, manus junctas nonnihil tollit et coelum intuetur. Aes, $1\frac{5}{6}$ alt. In lamella æn.

151. (*Ser.* 4. *Cat.* A. *n.* 465) HYGIEIA, ad femora usque nuda, capillis lævius pexis, et in tergo dependentibus, manu d. *cor. flammans*, s. serpentem gestans. Tunica sæpe plicata ad suras pertinet. Aes, $2\frac{1}{12}$ alt. In lamella æn. simul fusa, infixaque b. lign.

152. (*Ser.* 4. *Cat.* A. *n.* 97) BACCHVS, nudus, coronam ex pampino hederaque nexam capiti imponens læva manu, dextra tenens alia vitis et hederæ folia, quibus inferiorem corporis partem velat. Aes, $3\frac{3}{4}$ alt. In lamella æn. rot. infixaque b. lign.

153. (*Ser.* 4. *Cat.* A. *n.* 13) PVER NVDVS, currens, utraque manu contum, fortasse thyrsum, teneus, d. quidem fere transversa, s. sublata, quasi feriturus. Aes, $3\frac{1}{2}$ alt. In b. lign.

154. (*Ser.* 4. *Cat.* A. *n.* 532) VIR, tunica breviore nec manuleata indutus, cinctusque vinculo, corpus bis terve ambiente, cujus extremæ partes in nodum collectæ, utrimque dependent. Reliquum ejus gestum et symbola nemo explicare potest. Aes, $\frac{3}{4}$ alt. In b. æn. 1 alt.

155. (*Ser.* 4. *Cat.* A. *n.* 398) PVER, totus ad femur usque pelle leonina involutus: haud dubie *Amor Herculis* spolia gestans. Aes, $5\frac{3}{4}$ alt. In lamella æn. aliaque b. simili $2\frac{1}{2}$ alt.

156. *Ser.* 4. *Cat.* A. *n.* 84) VIR, capillis et barba lævius pexis, d. frondem, s. globulum gestans. Pallium seu chlamys, non nisi ad genua pertinens, more solito ita complicatur, ut humerus dexter brachiumque non velentur. Pedibus nudis. Aes, $3\frac{3}{4}$ alt. In b. æn. 1 1/2 alt.

157.

157. (*Ser.* 4. *Cat.* A. *n.* 381) VENVS NVDA, capillis more ſolito comtis, manu d. quempiam ad ſe invitat, ſ. digitis parum flexis pandit, ſtat pede d. tollitque ſ. *Aes*, $3\frac{1}{2}$ alt. In b. lign.

158. (*Ser.* 4. *Cat.* A. *n.* 589) AELVRVS, auribus præſectis, perſea ornatus, mammasque habens. Aes, $3\frac{1}{2}$ alt. In b. lign.

159. (*Ser.* 4. *Cat.* A. *n.* 463) PVER, admodum ſimilis Herculi puero, velatus pallio breviori ad crura media pertinente, quod ipſum caput tegit, et in pectore vinctum eſt. Sub eo manibus comprimit vel canem vel vitulum, cujus caput et pedes duntaxat cernuntur. *Aes*, 3 1/2 alt. In b. lign.

160. (*Ser.* 4. *Cat.* A. *n.* 583 *a*) OSIRIS, talis fere, qualem n. 126 deſcripſimus, barba tres cirros transverſos formante. Ipſius quaſi induſium ad ipſas manus pertinet: reliqua veſtis, qua eſt involutus, plane ſingularis eſt. *Aes*, $4\frac{5}{8}$ alt. In b. lign.

161. (*Ser.* 4. *Cat.* A. *n.* 588 *b*) AELVRVS, caput aures que felis habens, mammas muliebres, veſte tenui, corpus totum arcte claudente, veſtitus. Manu ſ. tenet muris caput, d. pugnum facit. *Aes*, $4\frac{1}{5}$ alt. In baſ æn. fundendo ſimul parata, 1/2 alt. infixaque b. lign.

162. (*Ser.* 4. *Cat.* A. *n.* 31) TELESPHORVS, facie perquam ſenili, ingentes in fronte rugas, myſtacem barbamque lævius pexam habens. Aes, $2\frac{5}{8}$ alt. In b. rot. et cava, facta e topho Rom.

163. (*Ser.* 4. *Cat.* A. *n.* 348 *a*) APIS, forma tauri, variis characteribus et imaginibus notati. Aurum puriſſimum, $\frac{1}{16}$ alt. et $1\frac{5}{8}$ long. pondus XXVI ducatorum habens. In b. pyramidali facta ex hæmatite perquam polito.

164. (*Ser.* 4. *Cat.* A. *n.* 348 *b*) PRIAPVS, manu d. cornu copiæ, ſ. pedum tenens, pelle caprina brachio injecta, et ſuper ea poma uvasque geſtans. Aur. Arabicum, $2\frac{1}{4}$ alt. idem fere, quod n. antec. pondus habens. In b. viridi, quam *Verd d' antique* appellant.

165. (*Ser.* 4. *Cat.* A. *n.* 30 *b*) TALVS QVADRATVS, in quo inciſum ſigillum Imperii Sinici, auctore P. du Halde, T. II. Anſæ loco eſt animal, draconi ſe-

denti-

denti perſimile. Nephriticus feminin. 1 $\frac{5}{8}$ lat. 1 $\frac{1}{2}$ alt. e quo draco etiam exſcalptus eſt, $\frac{11}{12}$ alt. $\frac{3}{4}$ lat.

166. (*Ser.* 4. *Cat.* A. *n.* 30 *a*) DELPHINVS, concha vectus: ſi vertas, vultus humanus, pro corpore piſcem habens alatum. Carneolus, 1 1/2 alt. 1 $\frac{5}{8}$ lat.

167. (*Ser.* 4. *Cat.* A. *n.* 23) SERVVS CANTOR, aut COMOEDVS, facie nec Gr. nec Rom. penem habens grandem infibulatum. Capillorum cirri perpendiculariter dependent. Geſtus eſt ſingularis. Aes, 3 $\frac{5}{12}$ alt. In columna æn. artificioſa, ſimul fuſa Infixapne b. cupr.

168. (*Ser.* 4. *Cat.* A. *n.* 72) MVLIER NVDA; ad ſuras usque in leonis fauce ſtans, cujus e natura prodit ſerpens, qui mammam d. arrodere, vel ex ea ſugere videtur; capillis negligenter comtis, naſo breviuſculo, ſed labio ſuperiori perquam longo. Manus d. capiti impoſita eſt, ſ. femori adplicata. Sunt, qui *Deam bonam*, Fauni filiam, a patre ſub forma ſerpentis vitiatam, interpretentur. Aes, 4 $\frac{1}{3}$ alt. In b. lign. deaurata.

169. (*Ser.* 4. *Cat.* A. *n.* 844) AGRIPPINA, Claudii uxor editur, ſub forma Minervæ. Habet galeam puram ſine figuris, in dextra noctuam. Tunicæ et pallæ ratio artificem arguit. Oculos e gemmis, vel argento factos fuiſſe, docent eorum cavitates. Aes, 6 alt. In b. cupr. affabre facta et deaurata.

170. (*Ser.* 4. *Cat.* A. *n.* 847) MERCVRIVS, cum petaſo alato, cujus pallium e ſi. humero, et inde transverſim prodiens, e brachio ſin. dependet. Crumenam d. geſtat. In pedibus, nec caligas, nec ſoleas habentibus, alæ cernuntur. Aes, 5 $\frac{3}{8}$ alt.

271. (*Ser.* 4. *Cat.* A. *n.* 854) HERCVLES, caput pelle leonina tectus, cujus pedes anteriores, ſub collo coeuntes, nodo continentur. Manu ſ. tenet poma, ſed d. nititur clava jam læſa. Aes, 6 $\frac{1}{4}$ alt. In b. lign.

172. (*Ser.* 4. *Cat.* A. *n.* 848) LIVIA, quaſi *Dea Abundantia*, cornu copiæ ſ. tenens, d. expandit: veſtita tunica prælonga ſine manicis, ſuper qua alia brevior cernitur. Capilli eleganter comti ſunt. Aes, 5 1/2 alt. In b. marmor.

173. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 36) PENTESILEA, quod nomen in tunicæ inferioris fimbria litteris uncialibus inſcalptum eſt. Capilli et reliquus veſtimenti ornatus artificem eximium produnt. Manu d. paullum delabente cornu tenet, ſ. nonnihil ſublata pugnum facit. Soleis vincti ſunt pedes. Aes, 5 alt. In b. lign.

174. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 858) FAVNORVM duorum capita jugata a tergo, inter quæ ramuſculus cum nuce pinea eminet. Aes, 3 3/8 alt. et 2 1/2 lat. In b. rotunda 1 3/4 alt.

175. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 826) NESSVS, Centaurus, letali vulnere affectus, quod Deianiram abducere auſus eſſet. Pedes anteriores ſublati arboris trunco nituntur: caput manusque dolorem ſignificant. Deianira ſedet in ejus tergo non ſecus, ac ſi deſultura eſſet. Hujus capilli more Græco comti ſunt; ipſa fere tota nuda. Aes, 6 1/4 alt. 4 1/3 long. In b. lign.

176. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 52) TAVRVS, capillis in fronte hirſutis, palearibus ſub collo dependentibus, oculisque argenteis. Eſt, cui taurus Europam decipiens videatur. Aes, 3 1/2 alt. et 4 long. In b. ex aurichalco facta, deaurata et lap. Lazuli ornata, 4 1/2 long. et 1 2/3 lat.

177. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 364) IVPITER, coronatus, d. pateram tenens, brachium ſ. attollens, pallio veſtitus. Ad pedem dextrum ſtat aquila ſuſpiciens. Argent. 1 1/2 alt. In lamella argent.

178. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 33) PAN, ſedens in vertice montis, facti ex lapide viridi, maculis albis et nigris ſparso (Verd d'antique). A tergo ſurgit quercus, item arbuſcula alia: a dextro ſedet, imo in monte, caper. Pellis bovina, in qua Pan ſedet, utrumque femur velat. Opere non ſpernendo. Aes, 2 1/2 alt.

179. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 596) CAPRA fere proſtrata, cujus corpus genu ſin. premit vir nudus, vel Faunus quidam, non niſi præcinctorio cinctus, qui manu ſ. capræ barbam apprehendens, d. eam tondere velle videtur. Aes, 2 alt. 3 5/8 long. In lamella æn. ſimul fuſa.

180. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 646) ARIES, dextram verſus gradiens, pone quem ſtat vir, capillis præfectis et

lævius

lævius pexis, nudus, sin. arietis cornu tenens, d. eum agens. Aes, 3 ½ alt. 2 1/2 long. In b. affabre facta e Chalcedonio.

181. (*Ser.* 4. *Cat.* A. *n.* 51) MVLIER, sedens et mammam sin. puello avidissime sugenti præbens, tunica pallioque velata. Sunt, qui *Deam Rumilliam* putent. Aes, 2 ½ alt. Sella et lamella, in qua haec stat, fundendo simul factæ sunt. In b. qualis n. anteced.

182. (*Ser.* 4. *Cat.* A. *n.* 60) NANVS, in globo æn. sedens, tunicatus et cinctus, manibus in tergo vinctis. Aes, 2 alt. In b. qualis est Telesphori, n. 162.

183. (*Ser.* 4. *Cat.* A. *n.* 845) ISIS, sedens, Horo mam. mam sin. præbitura. In utriusque ornatu cetero. que vestitu non pauca inusitata sunt, quibus signum sit spectatu digniſſimum. Aes, 7 alt. Stat in cubo æn. simul fuso et infixo b. lign.

184. (*Ser.* 4. *Cat.* A. *n.* 183) BACCHANS, pampinis coronatus, facieque simillimus ei, quem n. 22. descripsimus. Manu d. pateram, s. vasculum (fortasse crotalum) tenens, stat pedibus pene compressis. Tunicam gestat sub pallio, ad suras usque pendente, cujus in fimbria, sub manu sin. duæ lineæ litteris sine dubio Etruscis scriptæ sunt. Aes, 5 ⅜ alt. In b. lign.

185. (*Ser.* 4. *Cat.* A. *n* 483) MAS, monstrosus et valde mutoniatus, sedens: cujus caput justo majus ac deforme; reliqua valde obscena sunt. Aes, 6 alt. In b. lign.

186. (*Ser.* 4. *Cat.* A. *n.* 537) IVVENIS, *valde venustus*, pocillatoris statu gestuque, etsi hodie nec cornu, nec pateram habeat, capillis crispatis et eleganter comtis, vestitus tunica breviuscula manuleata. Aes, 7 alt.

187. (*Ser.* 4. *Cat.* A. *n.* 478) PRIAPVS, cujus aures crinibus teguntur, et corpus brachiis truncatum in Hermam desinit. Aes, 12 alt. In b. lign.

188. (*Ser.* 4. *Cat.* A. *n.* 71) MERCVRIVS, petasatus, d. crumenam tenens, s. caduceum, qui periit: utroque in pede alam extrinsecus tantum habet. Opere antiquo, bono, viriditate venerando. Aes, 5 ½ alt. In b. lign.

189. (*Ser.* 4. *Cat.* A. *n.* 201) VENVS, e balneo egressa, panno se siccans, facie *Faustinæ junioris*, quæ hoc

Vene-

Veneris geſtu ſe fingi inſſit, manu d. pectus tegit, ſ. pannum, quem diximus, femori dext. adplicat. Aes, 6 alt. In b. æn. rotunda, cava et 2 ¼ alt.

190. (*Ser.* 4. *Cat.* A. *n.* 94) TRIA CAPITA, ſc. duo ſenilia et barbata, tertium imberbe, ita juncta, ut priorum alterum prorſum, alterum retrorſum ſpectet, tertium utrique ſupra transverſim impoſitum ſit. Corpus totum, una cum brachiis, pallio involutum eſt, reliquus veſtitus plane inſolitus. Pedum plantæ, utraque parte, ſub veſte eminent. Iſtæ quidem et capita ex ære, pallium et tunica ex ſtalactite ſunt. Fig. 17 ¼ alt. ſtat in b. marm. quadrilatera, maculis albis rufisque diſtincta, 1 ¾ alt. et 2 1/2 lat.

191. (*Ser.* 4. *Cat. B. n.* 24) HERCVLES, cum pelle, vel potius *Jupiter* cum pallio, ex humero ſin. ſupra lacertum dependente. Barba in octo cirros deorſum pendentes criſpata; capilli more inſolito vincti ſunt. Chalcedon albus, 2 ¼ alt. In b. rotunda e laſpide rubro facta et 3 ⅛ alt.

192. (*Ser.* 4. *Cat.* A. *n.* 27) PVER, quatuor tibiis, binis longioribus, binis brevioribus canens, in tergo ciſtulam geſtans, et præter morem veſtitus. Chalcedon. rufus, 1 ⅜ alt. In lamella ex eodem lapide facta, infixaque b. triangulari Achat. figuram candelabri habenti.

193. (*Ser.* 4. *Cat.* A *n.* 855) PVER, in plano ſedens et dormiens, magno calvoque capite, e cujus vertice quaſi corniculum retrorſum eminet. Aes, 1 ⅓ alt. et 2 ⅛ long.

194. (*Ser.* 4. *Cat.* A. *n.* 954) PVERVLVS, ſedens, et manum utramque protendens, quaſi aliquid acceſſurus. Aes, 8 ¼ alt. et olim deaurat. In b. ligu.

SCRINIVM ALTERVM.

195. (*Ser.* 1. *Cat.* A. *n.* 520) CERES, nuda, eodem ſtatu, quo ſupra n. l. niſi quod crinium ornatus verticalis hic deeſt, quodque ſe magis retro inclinat. Aes, 9 ¾. E lamina æn. in qua ſtat, quæque ſimul fuſa eſt, surgit truncus duorum ramorum, cui innititur.

196.

196 (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 516 *a*) IVPITER, dextra alte sublata fulmen jaciens, cujus caput optime et elaboratum et conservatum est. Aes, 4½ alt. In lamella aen. affixa b. lign.

197 (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 516 *b*) MARS, galeam tribus pennis ornatam, tunicam breviorem fimbriatam, item thoracem squamatum cum balteo gestans, et mystace conspicuus. Praeter haec, alia minus usitata in eo observantur. Aes, 6⅝ alt. In lamella quadrangulari simul fusa infixaque b. lign.

198. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 516 *c*) IDEM, aliusve miles, galeatus, valde barbatus, loricatus, caligatus, tunica brevissima vestitus. Ornatus reliquus est inusitatus. Aes, 5 1/2 alt. In b. lign.

199. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 516. *d*) IDEM, et eodem fere habitu, quo n. 197. itidem imberbis facieque prorsum versa et lorica hamata. Dextram corpori adplicat, sin. hastam puram tenet. Aes, 6½ alt. In lamella quadrilatera simul fusa, infixaque b. lign.

200 (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 516 *e*) IDEM, vel potius miles quicunque alius, cujus galeam, cauda equina ornatam, redimiculum sub mento alligat. Dextra lateri dextro innixa, laeva extensa nonnihil tenet. Thorax linteus corpus arcte constringit; tunica ad medium crus defluit, caligarum signa adsunt. Aes, 5⅝ alt. In lamella simul fusa, infixaque b. lign. deauratae.

201. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 454) BELLONA, cujus in galea quasi alae, in thorace varia emblemata, sub pectore balteus cum gladio cernuntur. Manu d. tenuit hastam, s. scutum concavum ellipticum. Ornatus reliquus praeter morem. Aes, 9 1/2 alt. In lamina aen. simul fusa, infixaque b. lign.

202. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 455) BELLONA alia, cujus galea corona cingitur, capilli in cirros contorti a tergo dependent, lorica lintea est, tunica ad ipsos pedes defluit. Manu d. duo annulos, s. demissa Jovis fulmen tenet. Aes, 6 5/12 alt. In b. rotunda, simul fusa.

203. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 457) MINERVA, cujus galea est sine crista, capilli spissi laevinsque pexi caput ambiunt. Sublata d. tenuit hastam, sin. demissa est.

Mam-

mam d. tegit thorace, ſ. palla, more Amazonum. In pectore medio animalis caput cernitur. Aes, 4 11/12 alt. In b. lign.

204. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 408) PVER, vel CVPIDO alis deſtitutus, in Delphini capite ſedens, utramque manum extendens, et ſin. concham tenens ad canendum. Aes, 8 1/2 alt. Delphinus ex cupro eſt, caput tres digitos altum habens, piſcem ſinuoſe attollens. In aſſerculo quadrilatero ligni nigri.

205. (*Ser.* 1. *Cat A. n.* 775 *a et b.*) GRYPHI DVO, fauce hiante, lingua extenſa, ſublevatis pedibus anterioribus. Aes, 6 alt. et 6 long. In lamina aen. ſimul fuſa, infixaque b. lign.

206. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 430) PVER NVDVS, tibia transverſa canens. Status ejus admodum placet. Aes, 5 7/8 alt. In lamella rotunda ſimul fuſa, infixaque b. cupr.

207. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 479) PRIAPVS, in terminum definens, capite in vertice compreſſo, et barba valde promiſſa. Aes, 4 1/4 alt. In b. lign.

208. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 134) DIANA, lunae cornua in capite gerens, capillis circa caput contortis, nec dependentibus. Habet inaures, eſtque tunicata et ſub pectore cincta. Opere antiquo. Aes, 2 5/12 alt. In b. lign.

209. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 211 *b*) FAVNVS, manibus alte expanſis, capite retro jacto, et ore aperto. Femora deſinunt in lapidem rotundum et inaequalem. Opere probabili. Aes, 4 1/4 alt. In b. lign.

210. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 562) SATYRA ſedens, et ſiniſtra *Satyriſcum* 3 3/4 long. tangens, qui ex aurichalco factus, brachium d. ejus femori imponit, manuque nonnihil tenet. Satyra manu d. extenſa et paullum ſublata pyxidem habet. Aes, 6 1/2 long. In b. lign.

211. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 134 *b*) SERVVS, facie Aethiopica, capillis laneis, auribus in medio perforatis, ſedens, et pede d. catenula vinctus, quam ſin. tenet. Sedet in trunco ſ. lapide; non minus, quam veſtimento deaurato. Aes, 6 1/2 alt.

212. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 499) BACCHANS, adoleſcentulus, pelle caprina, pallii loco, tergum tegens, ſitulamque

lamque tenens, ita ut atramentario inservierit. Aes, 4 alt. In b. cupr.

213. (*Ser.* 1. *Cat.* A. *n.* 499 *b*) ABRAHAMVS, nudus, nec nisi circa femora cinctus, stat, filium circumcisurus, caelumque suspicit. Aes, 10 alt. In lamella aen. simul fusa, et b. aen. rotunda.

214 (*Ser.* 1. *Cat.* A. *n.* 803) ADAMVS, fronde ficulnea pubem tectus, caelum suspiciens, manibus junctis demissisque. Aes, $8\frac{3}{4}$ alt. In lamina aen. quadrata simul fusa, et b. ligu.

215. (*Ser.* 1. *Cat.* A. *n.* 804) EVA, pubem tecta fronde ficulnea, pomum s. apprehensum, d. ostendit, capite nonnihil prorsum, et facie dextrorsum versa. Ejus, ut et Adami, crines more Gr. pexi et ornati. Aes, 8 1/2 alt. In lamella et basi, qualis est n. anteced.

216. (*Ser.* 1 *Cat.* A. *n.* 950) PVERVLVS, magnum gradum faciens, utraque manu, d. sublata, s. demissa, aliquid tenens. Aes, 5 alt.

217. (*Ser.* 1. *Cat.* A. *n.* 656*a*) NANVS, vestitus ut Belga rusticus, cacans et tabacum fumans. Aes, $3\frac{1}{8}$ alt In lamina aen. rotunda, et b. lign.

218 (*Ser.* 1. *Cat.* A. *n.* 656. *b*) MAVRI statua nuda, cujus caput fractum, collo impositum est. Argilla, s. lignum petrefactum, $3\frac{7}{8}$ alt. In lamina argillacea, et b. lign.

219. (*Ser.* 1. *Cat.* A *n.* 389) HERCVLES, laureatus, clavam s. tenens et humero gestans, d. membrum erigens aquae mittendae causa, capite prorsus calvo. Aes, 8 1/2 alt. In b. lign.

220. (*Ser.* 1. *Cat.* A. *n.* 386) IDEM, manu d. clavam tenens, cui lacertus brachii sin. innititur. Aes, $9\frac{5}{8}$ alt. In lamina aen. simul fusa, et b. lign.

221 (*Ser.* 1. *Cat.* A. *n.* 387) IDEM, eodem statu, c. clava integra. Truncus biceps est, ut pedem utrumque teneat. Aes, $9\frac{1}{2}$ alt. In lamina simul fusa.

222. (*Ser.* 1. *Cat.* A. *n.* 475) MERCVRIVS, nympham raptam abducens. Laevo pede in globulo stat, dextr. alte sustulit, nymphamque utraque manu amplexus portat. Is praeter petasum alatum, singulasque in pede alas, totus nudus est, haec leuiter vestita. Aes, 14 1/2 alt. In b. lign.

223. (*Ser.*

223. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 530) SATVRNVS, nudus, quaſi falce metens. Aes, 9 alt. In b. lign.

224. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 526) DIANA, ſedens in ſella triangulari ſine pedibus, quae nubibus ſuſtineri videtur, capillis ita comtis, ut lunam creſcentem ſingant, nuda, pallioque parum velata, et leporem vel capream, ceruamue, tueri videtur. Aes, 9 $\frac{1}{2}$ alt. In b. lign.

225. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 608) TRITON, in duo piſces deſinens, et tuba marina canens. Aes, 10 $\frac{5}{12}$ alt. In b aen. rotunda cauaque et ſimul fuſa.

226. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 528) VICTORIA, ſine alis, et lauro coronata, manu d. alte ſublata coronam lauream, ſ. demiſſa vel haſtam, vel caduceum tenuit. Tunica et pallio veſtita. Multa ejus deaurata fuere. Aes, 9 $\frac{5}{12}$ alt. In lamella ſimul fuſa, et b. lign.

227. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 762 *a*) EQVVS, pedes anteriores alte attollens, juba, cauda, et pedum capillamentis auratus. Aes, 5 $\frac{1}{4}$ long. et 5 $\frac{5}{8}$ alt. Super lamina rot. ſimul fuſa.

228) (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 762 *b*) EQVVS, ſimillimus, capite nonnihil ſiniſtrorſum verſo. Aes, 5 $\frac{1}{2}$ long. et 6 $\frac{1}{8}$ alt.

229. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 427) PVER, ſaltans, brachium d. submittens, ſ. attollens, capite ſiniſtrorſum verſo. Aes, 7 $\frac{1}{3}$ alt. In lamina aenea rotunda.

230 (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 428) PVER, ſimillimus, niſi quod brachium d. attollit, ſ. demittit, et caput prorſum vertit, nonnihil intuendi cauſa. Aes, 6 $\frac{5}{8}$ alt. In lamina aen.

231) (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 837) MERCVRIVS, petaſum non habens, ſed alae ex crinibus prodeunt: pedes utrinque alatc, ſine calceis. Aes, 4 $\frac{3}{4}$ alt. In b. lign.

232. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 916) ISIS, aut *Oſiris*, niſi ſit figura Etruſca. Capitis ornatus et flos loti in fronte, illam; barba, hunc eſſe arguit. In capite geſtat calathum anſatum, e quo quaſi clauus, figura quadrata, erigitur. Utrumque brachium, juxta corpus demiſſum, huic adhaerere videtur. Aes, 4 $\frac{1}{4}$ alt. In lamina oblonga, ſimul fuſa, et b. lign.

233. (*Ser.* 1. *Cat.* A. *n.* 546) MERCVRIVS, totus nudus, nec in petaso, nec in pedibus alas habens. Multa desunt. Aes, $3\frac{3}{4}$ alt. In b. lign.

234. (*Ser.* 1. *Cat.* A. *n.* 835) MAS, toto capite rasus, et corpore nudus, manum s. demissam porrigens, d. brachium curuans, quo quicquam tenuit. Sunt, qui luctatorem esse censeant. Aes, $3\frac{1}{4}$ alt. In b. lign.

235. (*Ser.* 1. *Cat.* A. *n.* 652) BACCHANS, nudus, fasciculum, ex quo uvae dependent, utroque brachio tenet. Fuit deauratus. Aes, $2\frac{1}{4}$ alt. In b. lign.

236. (*Ser.* 1. *Cat.* A. *n.* 833) POCILLATOR, cultis crinibus, urceum d. ferens, brachium s. a. cubito mancum, attollens, et super tunica alte praecincta pallium gestans. Aes, $2\frac{3}{8}$ alt. In lamella simul fusa et b. lign.

237. (*Ser.* 1. *Cat.* A. *n.* 30) MVLIER, induta tunica longa pallaque caput velante. manus demissas jungens. Opere probabili. Aes, $2\frac{1}{4}$ alt. In b. aen. rotunda.

238. (*Ser.* 1 *Cat.* A. *n.* 6 *a*) PVER, duobus contis ludens, et pedibus arcte junctis stans. Aes, $2\frac{1}{8}$ alt. In lamella rot. simul fusa et b. lign.

239. (*Ser.* 1. *Cat.* A. *n.* 6 *b*) PHILOSOPHVS, barbatus, indutus tunica ad pedes defluente, et pallio eidem injecto, manu s. librum, d. elata humeroque imposita, nonnihil tenens. Aes, $2\frac{5}{8}$ alt. In b. lign.

140. (*Ser.* 1. *Cat.* A. *n.* 675) APER. Aes, $1\frac{1}{4}$ alt. et 2 long. In b. lign.

241. (*Ser.* 1. *Cat.* A. *n.* 87) CAPER. Aes, $2\frac{1}{8}$ long. et 1 alt.

242. (*Ser.* 2. *Cat.* A. *n.* 449) FEMINA, sacerdos, tunicata, cincta, a capite usque ad pedes palliata. Utraque manus porrecta, et sin. pallio involuta. Aes, $2\frac{1}{2}$ alt. In b. lign.

243. (*Ser.* 2. *Cat.* A. *n.* 378) VENVS, tota nuda, pomum s. tenens, sed d. cum brachii parte perit, solito capillorum cultu. Oculi ex argento facti. Aes, $5\frac{1}{4}$ alt. In b lign.

244. (*Ser.* 2 *Cat.* A. *n.* 17) GLADIATOR, gradiens, capillis ad cutem fere recisis, d. telum tenuit, s. chlamydem aut pellem, e qua capitis virilis larva in bra-

chio

chio ſuperiori haerere videtur. Aes, 5 1/4 alt. In b. lign.

245. *(Ser. 2. Cat. A. n. 164)* IMPERATOR, laureatus, palmam ſ. tenens, d. quam protendit, non eſt integra. Tunica brevi indutus, loricam et caligas habere videtur. Aes, 3 $\frac{5}{8}$ alt. In b. lign.

246. *(Ser. 2. Cat. A. n. 894)* CAPVT IGNOTVM *viri barbati*, ſine brachiis, et inde a femoribus in terminum deſinentis. In capite, pectore et utraque mamma ſunt foramina. Aes, 4 $\frac{1}{2}$ alt. In b. lign.

247. *Ser. 2. Cat. A. n. 474)* ADOLESCENS, ruta laureave coronatus, manuque ſ. cornu copiae tenens. Dextram expanſam porrigit, indutus tunica brevi alteque cincta et caligis. Eſt, qui Genium pronuntiet. Aes, 5 $\frac{1}{8}$ alt. In b. lig.

248. (*Ser. 2. Cat. A. n. 367)* IVPITER, nudus, dextra alte elata fulmen jacturus. Aes, 4 1/6 alt. In b. lign.

249. *(Ser. 2. Cat A. n. 439)* ABVNDANTIA, tunicata usque ad pedes, ſuperinjecto pallio, Sin. gerit cornu copiae, brachio d. mutilo. Aes, 2 $\frac{3}{4}$ In b. lign.

250. *(Ser. 2. Cat. A. n. 934)* SACEEDOS, tota a capite ad pedes usque pallio involuta, ut nonniſi brachium dext. et pars pectoris nuda ſit. Manu d. pateram porrigit, ſ. expandit. Aes, 3 1/8 alt. In b. lign.

251. (*Ser. 2. Cat. A. n. 914)* PRIAPVS, vel potius figura Etruſca, cujus medium brachium dext. a corpore, et pedes inter ſe, paullulum diſtant. Habet plantas longiſſimas, in lamella ſimul fuſa, et capillos mire criſpatos. Aes, 4 $\frac{2}{3}$ alt. In b. lign.

252. *(Ser. 2 Cat. A. n. 161)* ISIS, Horum lactans, crinibus tectis velo et mitra, cujus partes extremae ad pectus defluunt. In capite calathus et alia Deae ſigna eſſe videntur. Sedet, cruribus paullulum ſeparatis. Aes, 4 1/2 alt. In lamella ſimul fuſa, et b. lign.

253. *(Ser. 2. Cat. A n. 581)* OSIRIS, cujus ſuper mitra avis, fortaſſe niſus, cernitur, barba non criſpa, nec manu manui impoſita. Aes, 4 $\frac{2}{3}$ alt. et 1/2 long. In b. lign.

254. *(Ser. 2. Cat. A. n. 441)* FORTVNA, ornata collari ex gemmis vel unionibus, et faſciam, veluti ſignum, d. attollens, crinibus longe dependentibus. Aes, 4 1/4 alt.

255. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 669) CERVVS, vulneratus sagitta, quae fracta est: cruor e vulnere manat. Fera in pedes posteriores consedit, capite ad vulnus reflexo. Opere eleganti. Aes, 4 alt. et 4 $\frac{5}{8}$ alt. In b. lign.

256. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 94) APIS, tauri forma, cujus a mento crurum tenus palearia pendent. Op. ant. et viridi. Aes, 2 1/4 alt. et 3 $\frac{3}{4}$ long. In b. lign.

257. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 769 *a*) ONAGER, auribus retro dejectis. Aes, 3 alt. et 4 $\frac{5}{8}$ long. In b. lign.

258. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 769 *b*) CAPVT SENILE, ignotum, totum fere calvum, a collo impositum hermae triangulari, simili basi simul fusae nitenti. Haud dubie *Terminus*. Aes, 5 $\frac{7}{16}$ alt.

259. (*Ser.* 3. *Cat. A. n.* 595) PVERVLVS, nudus, stans, utraque manu pilam gestans, quam sin. tenet, *follis*, aut certe *pila paganica* esse potest, quam d. satis dignosci nequit. Aes, 1 $\frac{5}{8}$ alt. In b. rotunda, simul fusa.

260. (*Ser.* 3. *Cat. A. n.* 519) VENVS, tota nuda, solito capillorum et diadematis cultu, manum d. paullo attollens, s. cirrum pone aurem tangens. Op. ant. Aes, 3 alt. In b. lign.

261. (*Ser.* 3. *Cat. A. n.* 555) MVLIER, capite mire ornato, brachiis amputatis, sub ventre in hermam desinens, corona ex fronde et floribus ornatam. Opus rec. GIVSEPpe ZERLAti. Aes, 5 alt. In b lign.

262. (*Ser.* 3. *Cat. A. n.* 409) PVER, utraque manu cycnum, ala laeva et collo comprehensum, violenter premens. Opus artificis recent. Aes, 6 $\frac{5}{12}$ alt. et 7 1/2 long.

263. (*Ser.* 3 *Cat. A. n* 432) SVS, humi cubans, pedibus ita positis, ut capuli loco inserviisse videatur. Post pedes primores vitta vel vinculum aliud est, corpus ambiens. Aes, 2 1/2 long. et 7/12 alt.

264. (*Ser.* 3. *Cat. A. n.* 45) PRIAPVS, multis mutonibus deformis et obscenus. Aes, 1 $\frac{5}{8}$ alt. In b. lign.

265. (*Ser.* 3. *Cat. A. n.* 192) MILES, cum galea, utrimque super aures et pone oculos tamquam alata, caudaque equina, cristae loco, ornata, sublata d. hastam tenuit, s. scutum rot. adhuc tenet. In tergo

chlamys

chlamys brevior haeret, cetera nudus. Aes, 5 alt In b. lign.

266. (*Ser. 3. Cat. A. n.* 104) FAVNVS, vas vinarium utrimque anſatum, ex humero ſin. demittens, dextra hanc ob cauſam ſupra caput ſublata, pedibus divaricantibus. Op. ant. et prob. Aes, 4 ⅝ alt. In b. lign.

267. (*Ser. 3. Cat. A. n.* 406) HERCVLES, puer, in teſtudine, caput virgineum capillorum cultu ornatum habente, ſedens, ac ſerpentem dextra circumvolutum linguamque emittentem tenens et contemplans. Aes, 7 1/4 alt. et 5 ⅜ long. In b. lign.

268. (*Ser. 3. Cat. A. n.* 574) ISIS, Horum lactans, ſedensque ſine ſella. Iſta ſolito more formata; hic idem fere, quod ea, in capite habet, ſive vultur ſit, ſive quodcunque aliud. Aes, 2 ⅝ alt. praeter ſolitum viride. In b. lign.

269. (*Ser. 3. Cat. A, n.* 186) PVER, ſedens, et utraque manu nonnihil cucumerae ſimile tenens, Siniſtro e clune clavus craſſus, breuis, perforatus, eminet. Ferrum, 2 ¾ alt.

270. (*Ser. 3. Cat. A. n.* 300 *b*) SPHINX, gradiens, caput virgineum, grypis alas, leonis corpus habens. Ferrum, 3 1/4 alt. 3 ¾ long. In b. ferr. fundendo ſimul parata.

271. (*Ser. 3. Cat. A, n.* 832) FORTVNA, tunicata et palliata, cum calatho in capite, manu ſ. cornu copiae, d. gubernaculum tenens. Aes, 2 1/2 alt. In b. ant. aenea et lign.

272. (*Ser. 3. Cat. A. n.* 444) NEPTVNVS, coronatus foliis haud dubie paluſtribus, redimiculo, quod coronam ligat, utrimque in humerum propendente, barba et capillis criſpatis, d. protenſa tenet pullum Delphini, ſ. tridentem. Pes ſin. in proram navis impoſitus eſt. Aes, 4 ⅝ alt. In b. lign.

273. (*Ser. 3. Cat. A. n.* 539) VIR IGNOTVS, galeatus, qui dext. projecta et demiſſa nonnihil tenuit, ſin. elata periit; ea corporis macie, ut tempora genaeque quaſi cavae ſint, et muſculi, nervi, venaeque appareant. Op. affabre facto. Aes, 6 1/8 alt. et olim deaurat. In b. lign.

274. (*Ser.* 3. *Cat.* A. *n.* 565) ADOLESCENS, nudus, mitram Phrygiam in capillis crispatis gestans, et brachium sin. gestu singulari extendens Est, qui *Ganymedem* existimet. Aes, $6\frac{1}{4}$ alt. Op. ant et probo.

275. (*Ser.* 3. *Cat.* A. *n.* 946) MULIER, tunica longa, brevibus manicis, aliaque brevissima, quasi thorace, vestita, et sub pectore cincta, stans in globulo dimidio, dext. clavem tenet. Intus est cava, et in vertice, mediis ex capillis, utraque mamma, et tribus locis globuli, canales prodeunt ad aquam ejaculandam. Aes, $6\frac{1}{2}$ alt. In b. lig.

276. (*Ser.* 3. *Cat.* A *n.* 591) MULIER AEGYPTIA, uno velata panno, a vertice inde usque ad talos ar. dissime adhaerente. Capilli ac reliquus cultus artificem arguunt. Op. bon. sed hand dubie Etrusc. Aes, $6\frac{3}{4}$ alt. In b. lign.

277. (*Ser.* 3. *Cat.* A. *n.* 512) AMOR sine alis, cum clava, *leoni* fraenato currentique insidens, loro ex humero dext. transversim dependente. Aes, $6\frac{1}{4}$ alt. et long. In lamella rot. simul fusa, infixaque b. rot. marmor. alb.

278. (*Ser.* 3. *Cat.* A *n.* 921) FAUSTINA MAIOR editur quidem, ob capillorum ornatum; sed verisimilius est, *Venerem* esse, quae tota nuda, pede d. stat, sin. nonnihil allevat, et manu s. mammam sin. fere tangit. Aes, $4\frac{1}{8}$ alt. In b. lign.

279. (*Ser.* 3. *Cat.* A. *n.* 136) HERCULES, adolescens, imberbis, clavam d. elata, pellem leoninam s. tenens. Aes, $5\frac{1}{8}$ alt. In b lign.

280. (*Ser.* 3. *Cat.* A. *n.* 545) GLADIATOR, lacerto sin. pallium gestans, d. elata telum, quod jam deest. Aes, $4\frac{3}{4}$ alt. In b. lign.

281. (*Ser.* 3. *Cat.* A. *n.* 139) BACCHVS, arboris trunco innitens, brachio dext. uvam tenet. manum sin. lateri adplicat. E dextro humero pellis lyncea transversim pendet. Op. eleg. Aes, $8\frac{1}{2}$ alt. In lamina rot. simul fusa.

282. (*Ser.* 3. *Cat.* A. *n.* 197) APOLLO, ut videtur, capillis cortis et crispis, pallio ex humero sin. et lacerto, cui circumvolvitur, dependente, et manu d. coxa nitente. Arboris truncus est proxime ejus dext. pedem. Aes, $8\frac{1}{4}$ alt. In lamina rot. simul fusa.

283. (*Ser.*

283 (*Ser. 3. Cat. A. n.* 218) PHILOSOPHVS, vel potius SACERDOS, barbatus, caput pallio velatus, et inde ab imo ventre ad pedes usque tectus. Manum ſ. ſub ala dextra condit. Aes, 7 alt. In b. lign.

284. (*Ser. 3. Cat. A. n.* 118) ALIVS BARBATVS, incognitus, capite pelle ferina tecto, manum ſ. paullo ſupra caput attollens, et d. humero ſin. imponens quaſi dolorem ibi ſignificat. In tergo pallium, aliudve amiculum. Aes, $7\frac{5}{8}$ alt. In b. lign.

285. (*Ser. 3. Cat. A. n.* 472) SACERDOS ETRVSCA, facie admodum juvenili, cujus caput, ab aure una ad alteram, ambiunt quinque cunei acuti, veluti corona radiata; tunica veſtita eſt, cujus manicae ad cubitos non pertinent, pallioque, ex humero ſin. pendente. Manu d. extenſia tenet pateram parvam, ſ. vas aliud majus. In pallii fimbria litterae exſtare videntur. Aes, $4\frac{1}{8}$ alt. In baſi aen. ſimul fuſa.

286. (*Ser. Cat. A. n.* 437) ABVNDANTIA, capite cirris contortis cincto, in quibus arcus latus eminet, veſtita tunica, ipſos pedes velante, cujus manicae conſutae ad cubitus partinent, ſuper qua amiculum aliud. Manu d. extenſa nonnihil tenuit, ſ. adhuc geſtat cornu copiae, frondibus circumvolutum. Aes, $11\frac{1}{4}$ alt. In b. lign.

287. (*Ser. 3. Cat. A. n.* 350) MERCVRIVS, ſine petaſo, ſed alis tamen inſtructus, iisque demiſſis, manu d. cornucopiae effundens, ſ. demiſſam quaſi porrigens. Op. prob. Aes, $13\frac{1}{2}$ alt.

288 (*Ser. 3. Cat. A. n.* 772) VRSVS, erectus ſedens et canis ſin. pede priori comprehenſi caput, dextri unguibus comprimens. Aes, 6 alt. In b. lign.

289. (*Ser. 3. Cat. A. n.* 277) FLORA, talis prorſus, qualem Montefalc. T. I. t. 183. n. 1. exhibet, niſi quod a dextris pone tunicam truncus eſt. Op. pulcerr. Aes, $15\frac{7}{8}$ alt. In b. lign.

290. (*Ser. 3. Cat. A. n.* 125) OLIVAE RAMVS, cui columba inſidet. Aes, $7\frac{1}{8}$ alt. In b. lign.

291. (*Ser. 4. Cat. A. n.* 18) VENVS, tota nuda, et recta ſtans, ſolito capillorum ornatu, niſi quod, diadematis loco, cirri in orbem torti aſſurgunt; manu d. pubem, ſ. mammas tegere velle videtur. Aes, 6 alt. In b. lign.

292. (*Ser.*

292. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 374) HYGIEA, capillis cincinnatis caput cingentibus, et post a tergo libere defluentibus. Brachium d. ambit serpens, manu s. vestem colligere videtur. Aes, $6\frac{1}{4}$ alt. In lamella quadrilatera simul fusa.

293. et 294. (*Ser* 4. *Cat. A. n.* 143. et 144) DVAE PANTHERAE, currentes, rictu aperto. Aes, una 6 long $4\frac{1}{8}$ alt. altera $6\frac{1}{4}$ long. $4\frac{1}{2}$ alt.

195. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 996) CAPER, crus dextr. posterius extendens, quasi urinaturus. Aes, $5\frac{1}{4}$ alt. et $6\frac{1}{2}$ alt. In b. lign.

296. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 997) OVIS, collo perquam longo et tenui, auribusque longe dependentibus. Aes, $5\frac{1}{2}$ alt. et $6\frac{1}{4}$ long. In b. lign.

297. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 759) HORVS, tanquam sedens, pedibus compressis, et brachiis demissis proximeque corpori adplicatis. Ex fronte prodit accipiter, et dextris temporibus quasi cirrus curvatus, in humerum dependens. Aes, $1\frac{7}{8}$ alt. In b. lign.

298. *Ser.* 4. *Cat. A. n.* 508) *Figura parva*, deformis, propter aeruginem vix discernenda. Aes, $2\frac{1}{8}$ alt. In b. lign.

299. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 547) QVIDAM barbatus, ebrius, in *utre* porrectus cubans, manu d. *epichysin* tenens, d. pedem dextr. in tibia sublatum. Ad humerum sin. sedet puer. Dubium est, Silenumne dicas, an Silvanum. Aes, $2\frac{5}{8}$ alt. et $4\frac{3}{4}$ long.

300. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 383) VENVS, sedens in lapide veste sua strato, et dextri pedis plantam manu s. tenens haud secus, ac si ungues secaret, capillis mire comtis. Aes, 3 alt. In b. lign.

301. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 382) EADEM, eodem statu, nisi quod ipsius sedem efficiunt duo monstra, quae capite mammisque mulieres sunt, alis expansis armatae, et in corpus serpentis minoris desinunt. Aes, $3\frac{1}{4}$ alt. In b. lignn.

302. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 941 *a*) GLADIATOR, manu utraque demissa, laevaque nonnihil loris simile tenens. Aes, $4\frac{1}{2}$ alt. In b. lign.

303. (*Ser.* 5. *Cat. A. n.* 941 *b*) QVIDAM, incertum, cucullo, an caputio tectus, togatus, brachiis conjunctis

et

et veſte involutis. Sub genu faſcia crus ambire videtur. Aes, $2\frac{1}{4}$ alt.

304. (*Ser. 5. Cat. A. n.* 281) RANA, pedibus prioribus ſe attollens, os ſublime vaſte aperiens, oculis argenteis. Op. eleg. Aes, $3\frac{1}{12}$ alt. $3\frac{3}{8}$ long. $3\frac{1}{2}$ lat.

305. (*Ser. 5. Cat. A. n.* 676 *a*) ALIA RANA, opus caelatum ſimulans. Aes, $1\frac{1}{8}$ alt. $2\frac{1}{3}$ long. $2\frac{1}{4}$ lat.

306. (*Ser. 5. Cat. A. n.* 676 *b*) IO, ſub fordae forma. Op. bon. Aes, $4\frac{1}{4}$ alt. $6\frac{1}{4}$ long.

307. (*Ser. 5. Cat. A. n.* 736) PEGASVS, volans, ac pedibus prioribus curſum ſimul imitans. Aes, $2\frac{5}{8}$ alt. $6\frac{1}{4}$ long. In b. lign.

308. (*Ser. 5. Cat. A. n.* 365) IVPITER, barbatus, crinibus paſſis, d. elata fulmen jaciens, ſ. aliud tenens. Aes, $3\frac{3}{4}$ alt. In columna aen. antiqua, rot. et cava, $3\frac{1}{8}$ alt.

309. (*Ser. 5. Cat. A. n.* 105) VENVS, tota fere nuda, ſtans in baſi rotunda pedibus decuſſatim poſitis, brachio ſ. in columellam nixa, pomumque manu tenens, d. obnitens coxendici. Ex capite eminet columna rot. circum quam ſerpens circumvolvitur. Aes, $11\frac{3}{4}$ alt.

310. (*Ser. 5. Cat. A. n.* 540) GLADIATOR, capiliis laevius pexis, d. clavam, ſ. cuneum remve ſimilem tenens. Utroque brachio nonnihil extenſo, quieſcere videtur. Aes, $5\frac{11}{12}$ alt.

311. (*Ser. 5. Cat. A. n.* 896) CVPIDO, volans, et ſagittae miſſae ictum ſpectans; arcum in ſin. habuit, pharetra pendet in latere dextro. Op. el. et bon. Aes, $2\frac{1}{4}$ alt.

312. (*Ser. 5. Cat. A. n.* 637) TRAIANVS, ut nonnullis videtur, laureatus, lorica et caligis indutus, brachio utroque extenſo, manu ſin. malum, ſeu globum tenet. Aes, 10 alt. In b. aen. quadrata antiqua, 3 alt.

313. (*Ser. 5. Cat. A n.* 932) NERO, nonnihil barbatus, laurea, lorica, caligis ornatus, manum d. extollit, ſ. lateri adplicat. Aes, 10 alt. In b. aen. quadrata, antiqua, $3\frac{1}{8}$ alt.

(Simillimus ei, quam dedit Lippert. Dactylioth. II, n. 648.)

314. (*Ser.*

314. (*Ser. 5. Cat. A. n. 47*) MVLIER, indutà tunica ad pedes defluente et manuleata usque ad manus, item pallio, caput velante et in tergo dependente. Aes, $1\frac{1}{2}$ alt. In b. lign.

315. (*Ser. 5. Cat. A. n. 24*) SACERDOS, ut videtur, Rom. pileum in capite habens, manum d. extollens, s. facem ardentem, quam serpens ambit, tenens, et totus nudus. Aes, $6\frac{1}{4}$ alt. In lamella rot. simul fusa.

316. (*Ser. 5. Cat. A. n. 500*) BACCHANS, (talis fere, qualis supra n. 212) decussatis cruribus sedens, vas magnum, non ansatum tenens, pelle caprina tectus. Aes, $2\frac{1}{2}$ alt. In lamella rot. simul fusa.

(Similem fig. exhibet Montefalc. T. I. t. 161. n. 5. et 6.

317. (*Ser. 5. Cat. A. n. 501*) IDEM, eodem modo formatus, nisi quod scorpio transversim adrepit. Aes, $2\frac{3}{4}$ alt. In lamella aen. rotunda.

318. (*Ser. 5. Cat. A. n. 716*) SATYRVS, ore hiante cachinnans, manu d. tenet Delphinum, s. sublata vinculum, ex hujus ore exiens, pedibus caprinis valde divaricantibus. Aes, $7_{\frac{1}{2}}$ alt. In b. aen. antiqua, rotunda.

319. (*Ser 5. Cat. A. n. 390*) HERCVLES, *adolescens*, cujus ex humero sin. spolium leonis dependet brachiumque tegit. Manu d. demissa fragmentum tenet. Facies et capillorum cultus Apollinis potius, quam Herculis est. Op. el. et pulc. Aes, 9 alt. In b. cupr. quadrilatera.

320. (*Ser. 5. Cat. A. n. 877*) MELPOMENE, pallio induta, manu s. personam tragicam gestans. Aes, $4\frac{1}{2}$ alt. In lamella quadrilat. simul fusa, infixaque b. lign.

321. (*Ser. 5. Cat. A. n. 464*) HYGIEA, tunicata usque ad pedes, et manuleata ultra cubitum, velataque pallio corpus inferius uspue ad tibias medias tegente. Capilli more Gr. comti sunt, tenetque d. demissa serpentem. Aes, $4\frac{1}{2}$ alt.

322. (*Ser. 5. Cat. A. n. 924*) MINERVA, galea, lorica, tunica pallioque tecta. Medusae caput in lorica cernitur. Aes, 3 alt. In lamella aen. ornate elaborata.

323.

323. *(Ser. 5. Cat. A. n. 566)* QVIDAM loricatus, ſublatam d. amiſit, porrecta ſ. pugnum facit. Aes, 6 alt. In b. lign.

324. *(Ser. 5. Cat. A. n. 701)* SATYRVS, in genu ſin. prolapſus, manu ſ. tenet baculum breviſſimum, d. ſublata geſtat vas, præſericulo ſimile, in lucernam aptatum: qui, verbo, et ſervum agit, et lampadem, ac tripode aen affabre facto nititur, adeoque lucernis adnumerari recte poteſt. Aes, 8 ½ alt

325. *(Ser. 5. Cat. A. n. 126)* VENVS, vel potius FAVSTINA IVNIOR ſub ejus forma, quae d. pectus, ſ. pubem tegit panno, ad pedem ſin. defluente. Capilli in cirros compoſiti, poſt cervicem dependent. Aes, 6 ½ alt.

(Similis ei, quam dat Lippert. Dactyl. II. n. 760.)

326. *(Ser. 5. Cat. A. n. 534)* ATHLETA, nudus, pedibus arcte junctis ſtans, utrumque brachium a cubito paullulum porrigens, et manu utraque pugnum faciens, facie pulcra, praeter mentum et labia juſto pleniora. Opus Etruſcum arguit crinium ornatus. Aes, 7 ⅛ alt. In b. lign.

327. *(Ser. 5. Cat. A. n. 393)* HERCVLES, pelle leonina, ut plerumque, tectus, in brachio d. clavam geſtat. Inter ejus pedes ſtat draco (fortaſſe Cerberus) quinque collis et capitibus, alis expanſis, cujus cauda pedem ejus dext. ambit. Aes, 6 ⅛ alt. In lamella aen. ſimul fusa, infixaque b. lign.

328. (*Ser. 5. Cat. A. n. 433)* APOLLO, nudus, manum d. extendens, cubitum ſin. imponit arboris trunco. Op. bon. Aes, 6 ⅞ alt. In lamella aen. ⅛ alt.

329. *(Ser. 5. Cat. A. n. 517)* VENVS, manu ſ. mammam ſin. tegens, d. in latus nitens, pannumque tenens, quo pubem velet. Duo cirri in fronte duo cornua formant. Pone ipſius pedes arboris truncus eminet. Aes, 10 ⅔ alt. In lamella rot. ſimul. fuſa, infixaque b. lign.

330. *(Ser. 5. Cat. A. n. 375)* VENVS alia, in duplici concha ſtans, elata d. teſtudinem contemplatur, demiſſa ſin. Ejus inter pedes ſedet *Cupido* alatus, pomum ſ. tenens, et capite retro flexo ſuſpiciens. Singularia alia hoc in ſigno viſuntur. Aes, 11 ¾ alt.

331.

331. (*Ser. 5. Cat. A. n. 636 a)* PVER, alatus, anguſtoque panno circa ventrem cinctus, cubans, in cubitum ſin. nixus, ac genu ſ. manu dextra fere tangens. Fortaſſis *Cupido* eſt, cui digitus ab ape morſus dolet. Aes, $6\frac{3}{8}$ alt. In b. lign.

332. (*Ser. 5. Cat. A. n. 636 b*) EQVES, tunica, lorica et caligis tectus, ſed capite nudo, inſidens equo, curſu pleno currenti, manu ſ. arcum, d. ſagittae fragmentum tenens. Aes, 5 1/6 long. et 5 alt. In b. lign.

333. (*Ser. 5. Cat. A. n. 729*) AVIS fuſca, oculis caeruleis, ac, praeter roſtrum, columbae ſimilis. Non eſt integra. Aes, 4 1/2 alt. et $5\frac{5}{8}$ long.

234. (*Ser. 5. Cat. A. n. 842*) BASILISCVS, velut avis, ſtat pedibus, alis in terram demiſſis. Oculi e lapidibus nigris facti. Exſtant deaurationis veſtigia. Aes, 6 1/4 alt. $5\frac{5}{8}$ long.

335. (*Ser. 5. Cat. A. n. 320*) STRAGVLVM cum cervicali, in quo *Venus*, vel *Hermaphroditus*, dormiens ita cubat, ut venter dimidius occultetur, et veli ſeu lodicis pars brachium ſin. ac ſuras tegat. Aes, $15\frac{3}{4}$ long. et 8. lat. In ſponda lign. hanc ob cauſam artificioſa facta.

SCRINIUM TERTIVM.

336. (*Ser. 1. Cat. A. n. 683*) AVIS, roſtro recto et aperto, ſuper quo criſta ad alas dependens exſtat. Aes, 3 1/2 alt. In b. lign.

337. (*Ser. 1. Cat. A. n. 667 a*) PAVO, ſtans ſuper teſtudine, cauda explicata. Aes. 3 1/6 alt.

338. (*Ser. 1. Cat. A n. 667 b*) LEO, villoſus, pedibus prioribus ſtans, poſterioribus ſedens. Aes, $1\frac{2}{8}$ alt.

339. *Ser. 1. Cat. A. n 667 c)* FELIS, ſedens, pede d. priore murem quaſi ſervaturus. Aes, 2 alt 4 5/12 long.

340. (*Ser. 1. Cat. A. n. 667 d*). SIMIA, ſedens, monile habens, et utraque manu pomum tenens, quorum altero veſcitur. Aes, $2\frac{3}{4}$ alt.

341. (*Ser. 1. Cat. A. n. 667 e*) ANTONINUS PHILOSOPHVS, equitans, tunica, paludamento et caligis indutus. Geſtat d. haſtam puram *(einen Commando-*

ſtab

ſtab) ſ. fraenum: Figura fuit deaurata. Aes, 6 1/4 alt. 6 1/2 long. In b. lign. eleganti.

342. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 422) CVPIDO, alatus et pharetratus, cum arcu in dextra: pharetra in latere ſin. dependet, arcum juxta pedem in terra collocatum tenet. Aes, 6 11/12 alt. In lamella aen. rot. infixaque b. lign.

343. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 453) BELLONA, in capite galeam geſtans, cujus criſta in cervicem dependet. Thorax corpus integrum tegit: in cingulo ſub umbilico pendet gladius: lacerto ſin. clypeum, d. haſtam tenet: caligae vinciunt pedes, ac reliquus veſtitus Deae accommodatus eſt. Aes, 9 5/8 alt. In lamella aen. rot. infixa b. lign.

344. *Ser.* 1. *Cat. A. n.* 550) MARS, cum galea criſtata, lorica, enſe falcato, caligis et longo paludamento. Manum ſ. enſi adplicat, d. tenuit haſtam, quae jam deeſt. Enſis non cingulo pendet, ſed loro ex humero dext. ſuſpenſo. Myſtacem ſaltim habet. Aes, 9 5/12 alt. In lamina rot. ſimul fuſa et b. lign.

345 (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 421) CVPIDO alius, ſocius ejus, quem n. 342 indicavimus, manum d. pectori admovens, arcum ſ. tenet, pharetra in latere d. pendente. Aes, 6 11/12 alt. In lamella rot. ſimul fuſa, infixaque b. lign.

346. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 551) MILES, galeatus, loricatus, enſem falcatum ſtrictum dextra tenens. Ejus geſtus eſt hoſtem ſubauscultantis. Aes, 5 3/8 alt. In b. lign.

347. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 681) DRACO, in trabe cubans, linguam exſerens, alis minutis. Aes, 3 3/8 alt. In b. lign.

348. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 964 *a*) AQVILA, ſtat alis expanſis. Aes, 3 1/12 alt. In b. lig.

349. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 664 *b*) AQVILA, e rogo accenſo evolans, ἀποθέωσεως emblema. Aes, 4 5/12 alt.

350. (*Ser.* 3 *Cat. A n* 764) PEGASVS, alis expanſis currens. Aes, 3 1/4 alt. 3. long.

351. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 571) VIR incognitus, more Germanis ante IV vel V ſaecula uſitato veſtitus. Aes, 3 1/8 alt.

352. *(Ser. 2. Cat. A. n. 518)* VENVS MARINA, in Delphino ſtans, et utraque manu velum, quod jam deeſt, moderans. Op ant. Aes, 4 1/4 alt. In baſi parva octogona ſimul fuſa, infixaque lign.

353. *(Ser. 2. Cat. A. n. 505)* MVLIER, aut VENVS, aut BACCHANS, manu d. caput panno vel velans, vel exſolvens, ac pede ſin. animali inſiſtens. Aes, 3 3/4 alt. In b. lign.

354. (*Ser. 2. Cat. A. n. 362*) IVPITER, dextra alte ſublata fulmen jaciens, ſtat pede dext. et laevum paullulum levat. Cuprum. 4 1/4 alt In b. lign.

355. (*Ser. 2. Cat. A. n. 740*) CAPVT ARIETINVM, a duobus pueris nudis in capite geſtatum: qui in lamella aen. octogona ſtant. Aes. 3/4 alt. In b. lign.

356. (*Ser. 2. Cat. A. n. 741*) CAPVT ſimile. Cuprum.

357. *(Ser. 2. Cat. A. n 450)* VIRGO VESTALIS, cincta ſub pectore, bis tunicata, brachia et manus ita gerens, quaſi quidpiam portaret. Fortaſſe *Tuccia* cum cribro. Aes, 1 3/4 alt. In b lign.

358 (*Ser. 2 Cat. A. n. 692*(PVER, puerum humeris geſtans. Aes, 3 1/8 alt. In epiſtylio tanquam baſi, ejusdem fuſuiae.

359 *(Ser. 2. Cat. A. n. 503 a)* BACCHANS, admodum iuvenis, qui caput pelle caprina tectum retro torquet. Aes, 3 1/8 alt. In lamella ovali acuta, ſimul fuſa, affixaque b. lign.

360. (*Ser. 2. Cat. A. n. 503 b)* IVDITHA, duplici veſtita tunica, manu ſ. caput Holofernis tenet, d. elata gladium, cujus capulus duntaxat ſupereſt. Aes, 2 3/4 alt. In lnmella rot. ſimul fuſa, et b. lign.

361. (*Ser 2. Cat. A. n. 503 c*) PERSA, more inſolito veſtitus, manu d. elata poculum vel pateram tenet, ſin. coxendici admovet. Aes, 3 5/12 alt, In lamella rot e' b. lign.

362. (*Ser. 2. Cat. A. n. 503 d)* HOMO BARBATVS, cumeram in tergo, et manu d. baculum nodoſum geſtans. Pileus, veſtimentum et calcei praeter morem ſolitum ſunt. Aes, 4 3/8 alt. In epiſtylio ovali, ſimul fuſo.

363. (*Ser. 2. Cat. A n. 503 e*) DAVIDES, ut videtur, magno gradu incedens, manu d. enſem, ſ Goliathis caput prae ſe ferens, pileo, tunica breviſſima, femora-

moralibus veſtitus. Aes, 4 7/12 alt. In. baſi ovali ſimul fuſa, itaque facta, ut veluti pyxis aperiri poſſit.

364. *Ser. 3. Cat. A. n. 503 f)* CERVVS, cornibus deauratis, ore nonnihil tenens. In corporis cavi tergo eſt foramen, ſuper quo, operculi loco, ſedet *pumilio*, qui demi poteſt. Aes, 10 1/2 alt. 7 1/2 long.

365. (*Ser. 3. Cat. A. n. 768 a)* VACCA mugiens, itidem cava, cujus in apertura itidem *pumilio*, operculi loco, ſedet. Aes, 7 1/2 alt. et 8 long.

366. (*Ser. 3. Cat. A. n. 768 b)* RVSTICA IVVENIS. cum pileo rotundo. Aes, 4 1/12 alt.

367. (*Ser. 3. Cat. A. n. 805)* ADAMVS et EVA, pubem tecti fronde ficulnea, et dolorem ex lapſu prodentes. tes. Op. ingenioſo et pulcro. Aes, 8 11/12 alt. In lamina ovali ſimul fuſa et caelatis figuris ornata.

368. (*Ser. 3. Cat. A. n. 605)* PVELLVS, magnum gradum faciens, brachium d. pectori fere adplicans, ſ. extendens, qua nonnihil tenuit. Aes, 5 1/4 alt. In b. lign.

396. (Ser. 3. Cat. A. n. 606 *a*) PVELLVS alius, ſedens, et manum d. qua nonnihil tenuit, extendens. Aes, 4 3/4 alt. In b. lign.

370. (*Ser 3. Cat. A. n. 606 b)* SINENSIS, capite nudo calvoque, et auribus pendentibus, humi ſedet, pallio longo veſtitus. Dextra in terram nititur, ſin. impoſuit genui ſiniſtro. Aes, 3 5/8 alt.

371. (*Ser. 3. Cat. A. n. 11 b)* S. IACOBVS *major*. Gagates, 4 1/12. alt.

372. (*Ser. 3. Cat. A. n. 606 c)* IDEM, ſ. Compoſtellenſis, habitu viatoris religioſi. Utrimque ad ejus pedes *monachus* in genua prolapſus, manibus junctis ſublatisque precatur. Gagates, 7 1/3 alt. In lamina ex eadem materia facta.

373. *Ser. 3. Cat. A. n. 81 a)* VENUS, pedem ſ. vaſi unguentario impoſitum lavans et ſiccans panno, quod d. tenet; aliud ſin. alte ſublata geſtat. Veſtis com-

pli-

plicata ex femore sin. utrimque dependet. Est qui falso *Faustinam* credat. Aes, 5 alt. Op. deauratum. In b. lign.

374. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 81 *b*) LVCRETIA, nuda, gladio se transfodiens loco inter mammas et umbilicum medio, manu s. mammae sin. imposita. Cuprum, 4 1/4 alt et deauratum. In b. lign.

375. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 592) IDOLVM SINICVM, facie Isidis aut Osiridis non multum dissimili, ornatum corona, cujus lati radii cophinis et floribus constare videntur. Sedet Turcarum more. Aes, 4 3/8 alt. et 3 1/4 lat.

376. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 20 *b* et 20 *c*) FRAGMENTA DVO AETITAE, (prius, 3 5/8 long. et 2 lat; alterum, 4 3/8 long. et 2 7/8 lat.) quibus concluси lapilli crepitant; unde *Klapperstеine* dicuntur.

377. (*Ser. inf. Cat. A. n.* 33 *b*) MINERVA, galeata et loricata, tunica etiam et chlamyde vestita, manu d. hastam tenet. Capilli in cirros complures, eosque longiores contorti, dependent. Cuprum, 4 5/8 alt. et deauratum. In lamella quadrilatera simul fusa, infixaque b. lign.

378) *Ser. inf. Cat. A. n.* 33 *c*) HERCVLES, manu d. clauam tenens humero repositam, sin. elata tria Hesperidum mala. Ex humero d. dependet pellis leonina, quam una cum amiculo sustinet lorum, ex eodem humero transversim per pectus currens. Cuprum, 4 5/8 alt. et deaurat. In lamella quadrata simul fusa, aurata, infixaque b. lign.

379. (*Ser. inf. Cat. B. n.* 125) MVLIER, virum humi jacentem pede d. calcans, coronata, manu s. tenens librum apertum characteribus variis insignitum, d. quod tenuit, jam deest. Vir est barbatus, et capite gestat mitram altam et rotundam cum corona duplici. Utriusque vestitus est minus solitus. Marm. album, 6 5/8 alt.

380. (*Ser. inf. Cat. B. n.* 129 *a*) MVLIER alia, eodem gestu, nisi quod in latere dext. cubans, dormit. Alabast. Orient. 9 1/3 long.

(Altera

(Altera alteri prorſus ſimilis, Veneris faciem oſtendit)

381. (*Ser. inf.* Cat. *B. n.* 129 *b*) ADOLESCENS, imberbis, alatus, utrem plenum brachio ſin. geſtans, et manu d. contingens; alium pede dext. quaſi propellens. Fuit, qui temere *Aeolum* eſſe cenſeret. Marmor. alb. 5 1/2 alt.

382. (*Ser. inf.* Cat. *B n.* 129 *c*) EVROPA, tauro per mare vecta. Ipſa ex marmore ruſſeo facta, habet tunicam ex laſpide paratam: hic ex marm. fuſco hilvoque, et hic, illic, punctis rubris quaſi diſtincto. Taurus ultra media crura poſteriora ſtat in mari, quod ex Achate exciſum eſt. 6 7/12 long.

383. (*Ser. inf.* Cat. *B. n.* 194) ISIS, barba caprina inſignis, cujus velum tam in pectore, quam in tergo, cum ipsa barba, quaſi praeſectum eſt. Ipſa, ut plerumque, in tergo habet columnam, in qua nititur. Manu utraque decuſſatim extenſa tenet ſcuticam ſeu flagellum. In veſtis parte anteriore Hieroglyphicae figurae exſtant Argilla, viridi encauſto picta, 6 2/3 alt. In lamella argillacea ſimul parata.

384. (*Ser inf.* Cat. *B. n.* 195) EADEM, eodem modo ficta, niſi quod figurae hieroglyphicae pauciores, et color minus viridis eſt. Argilla, 5 5/6 alt.

385. (*Ser. inf.* Cat. *B. n* 106) IDOLVM incognitum et plane ſingulare, quin potius monſtrum. Lapis, quem Germanice *Sandſtein* uſurpant, 7 alt. in b. ex eod. lapide facta.

386. (*Ser. inf.* Cat. *B.* 106 *b* et 106 *c*) DVO GENII, volantes, flexis genibus, et vultu in coelum converſo, pietatem teſtantes. Electrum, 3 alt. In ciſtula ej. lap.

387 (*Ser. inf.* Cat. Cc. *n.* 14 *b*) ANTONINVS PHILOSOPHVS, equitans, ita ut ex equo, intus cavo, auferri poſſit. Aes auratum, 9 1/2 alt. et 7 1/4 long.

388. (*Ser. inf.* Cat. Cc. *n.* 15 *b*) MVLIER BACCHANS, capillis gr. more comtis, duplici tunica veſtita, manu ſ. demiſſa uvam portans, d. digitorum crepitum edens, et gradum faciens. Aes auratum, 10 alt.

389. (*Ser. inf.* Cat. *B. n.* 195 *b*) FACIES IGNOTA, ex Achate ruſſeo confecta, capillis mire comtis, ſub

collo desinens in Hermam, e lapide punctis viridibus quasi distincto factam, et infixam b. lign. 5 ½ alt.

390 et 391. (*Ser. inf. Cat. B. n.* 195 *c* et 195 *d*) FACIES EADEM, ex Achate simili, et ejusdem altitudinis. (Singulae stant in singulis absidis, quas vulgo *Nischen* vocant, ex lapachatibus compositis.)

392. (*Ser. inf. Cat. B. n.* 28) PVELLVS, dormiens, pedibus geniculatis cubans, et dextrum in cubitum nixus, pallio convoluto ex humero dext. pendente, et intra pedes descendente. Chalcedon. 1 ½ alt.

393. (*Ser. inf. Cat. B. n.* 29) PVELLVS, sedens, more Turcico, ac retro spectans. Sapphirus, 1 ⅛ alt. (Utrumque signum scrinio primo illatum est.)

394. (*Ser. inf. Cat. B. n.* 10 *b*) VIR, nudus, et monstrosus complurib. oculis, et auribus in ore, humeris, brachiis, cet. Subligaculum ejus efficit pellis lyncea, in cujus collo litterae quaedam exstant. Lapis, qui vulgo *Sandstein* appellatur, 11 ⅝ alt.

495. (*Ser. inf Cat. B. n.* 109) SACERDOS, mirabiliter vestita, cujus in lacerto dextro sol est expressus, luna in sin. demisso, in quo brachio toto inscriptio est. Manu anguem tenet, et ante pedes appositus est liber apertus, in quo inscriptio alia. Lapis, quem Germani a dardo, *Speckstein*, appellant, 11 ⅜ alt. In lamina, ½ alt.

396. (*Ser. inf. Cat. B. n.* 781) AVIS PEREGRINA, longis pedibus, rostro psittaci, nigro colore, plumis in collo, tergo et alis auream picturam habentibus. Aes, 10 ½ alt. In b. aen. rupem imitante.

397. (*Ser. inf. Cat. B. n.* 109 *b*) IDOLVM AEGYPTIACVM, capite cornibusque arietinis, vestitum subligaculo. Manum utramque demittit, et a tergo columellam habet. Fluor metallicus encausto viridi tinctus, 1 1/4 alt. In lamella ejusdem materiae, infixa b. marm.

398 (*Ser. inf. Electr. n.* 3.) ARA, in qua Christi e cruce pendentis imago, cum variis figuris sacris. Figura Christi aeque, ac reliquae, ex ebore scalptae sunt. 10 1/2 alt.

SCRINIVM QVARTVM.

399. (*Ser. inf. Cat. B. n.* 202) OSIRIS, velatus, et toto corpore involutus. Argilla mollior, 3 alt.

400. (*Ser. inf* Cat. *B. n.* 130) MVLIER, velata et tunicata, cubans in fax ita, ut capite nitatur in manum d. teneat f. pueri, cyathum ei porrigentis, caput, accedente puero alio, qui uvam in alterius cyathum expreſſurus videtur. Marmor, 3 1/2 alt. 6 3/4 long.

401 *Ser. inf.* Cat. *B. n.* 201) ISIS, cum barba et vitta ſolita, et ut alioquin involuta. In columella pone ejus tergum cernuntur figurae hieroglyphicae. Argilla, 4 1/8 alt. Encauſtum viride fere totum periit.

402. (*Ser. inf.* Cat. *B. n* 200) ISIS alia, non barbata, ceterum more ſolito formata. Lapis mollior, aut argilla optima, 3 5/8 alt. In b. marm verſicolore.

403. (*Ser. inf.* Cat *B. n.* 204) MVLIER NVDA, cubans in fronde, vel potius in concha maxime plana, innixa cubito d. quae puerulum ſin. apprehenſum oſculatur. Marmor alb. vel lapis longe molliſſimus, 2 5/8 alt. 4 1/8 long.

404. (*Ser. inf.* Cat. *B. n.* 103) ISIS, ſolito more velata et culta, niſi quod barba brevior caprinae ſimillima eſt. E manibus, decuſſatim poſitis, prodeunt res cognitu difficiles. Inde usque ad pedes cernuntur figurae hieroglyphicae. In tergo, ſupra conſpicitur caput *Oſiridis* barbatum, infra idolum cornutum barbatumque ſimul, et in ſpatio inter utrumque exſtante, aliae figg. hieroglyphicae. Marmor, 10 1/4 alt.

405. (*Ser. inf.* Cat. *B. n.* 133) PEDIS SINISTRI fragmentum, magnitudine naturali. Op. excellentiſſ. Saxum Porphyreticum, 4 7/8 alt. 8 3/8 long.

406. (*Ser. inf* Cat. *B. n.* 100 *b*) IDOLAM, caelatum, capite grandiore et miro plane ornatu. Lapis Nephriticus (*Griesſtein*) 10 alt. 3 5/8 lat. et 1 1/2 craſs. In b. lign. argento et opere caelato ornata.

407. (*Ser. inf.* Cat. *B. n.* 118) PHILOSOPHVS, pallio velatus ita, ut brachium dext. et pectus nudum ſit, manu d volumen, f. baculum, vel rem ſimilem teneat. Op. bon. Marmor album, 12 1/2 alt. In b. ei. marmor 7/8 alt.

408) (*Ser. inf.* Cat. *B. n.* 198) IDOLUM, quod dicitur Aegyptiacum, monſtro, quam Deo, ſimilius. Alabaſtr. 4 2/3 alt.

409. (*Ser inf.* Cat. *B. n.* 308) AVGVSTVS, laureatus et loricatus, manu d. pectori admota globum,

ſ. clypeum tenens. Op. non ſpern. Alabaſtr. 9 1/12 alt.

410. (*Ser. inf. Cat. B. n.* 197) SILVANVS, vel *Faunus* quidam alius, nixus trunco, manu ſ. ventri, d. tergo impoſita, et ſubligaculo cinctus. Alabaſtr. 3 7/8 alt.

411. (*Ser. inf. Cat. B. n.* 354) HOMO BARBATVS, incognitus, ſubligaculo altiore cinctus, manu ſ. tergo impoſita, d. clavam tenet. Alabaſtr. 3 7/12 alt.

412. (*Ser. inf. Cat. B. n.* 203) ISIS, vel OSIRIS, in capite *Perſeae* arboris florem geſtaſſe videtur. Terra, colore viridi incruſtata, 1 5/6 alt.

413. (*Ser. inf. Cat. B. n.* 205) OSIRIS, barbatus, cum calatho in capite, ſtat pilae applicatus, brachio utroque demiſſo, et pede ſ. antepoſito. Marmor viride, 1 3/4 alt.

414. (*Ser. inf. Cat. B. n.* 207) AELVRVS, ut videtur, pilae applicatus. Terra, viridi quondam colore picta, 1 1/3 alt.

415. (*Ser. inf. Cat. B. n.* 208) MVLIER PRAEGNANS, tunicata, manibus conjunctis et ventri impoſitis. Terra, 1 7/8 alt.

416) (*Ser. inf. Cat. B. n.* 209) PVERVLVS, ſedens, manu d. femori dext. impoſita, et mentum ſ. ſuſtinens. Terra flava colore viridi tincta, 11/12 alt.

417. (*Ser. inf. Cat. B. n.* 108 *a*) IDOLVM, incognitum, viro caluo et cornuto ſimile, ceterum deforme. Lapis glareoſus, 9 alt. in baſi lapidis ejusdem.

418. (*Ser. inf. Cat. B. n.* 215) MONSTRVM HVMANVM, ſedens in lapide, variis hominum animaliumque figuris ornato. Lapis albus mollis, 7 1/3 alt. In b. lign.

419. (*Ser. inf. Cat. B. n.* 303) MVLIER, more recentiori veſtita: cujus caput tegit cauſia, pennis criſtata, capillis defluentibus; corpus induſium, ad manus usque manuleatum; pedes calcei, quales ruſticorum. Brachio ſ. geſtat infantem, cane ad pedes ſedente. Marmor alb. 15 7/8 alt. in lamella ejusd. materiae.

420. (*Ser. inf. Cat. B. n.* 108 *b*) MVLIER alia, veſte triplici induta, brachio d. puerulum nudum tenens, manum ſ. pectori admovet. In ventre ſtellas notatas habet: laevo in brachio leguntur verba: τῶν ὑράτων χρυσός, litteris currentibus. Lapis, 8 alt.

421. (*Ser. inf.* Cat. *B. n.* 309 *a*) VIR SENATORIVS, aut CONSVLARIS, togatus, brachio d. libero, manu ſin. togae ſinum colligente ac tenente. Marmor alb. 6 alt. In lamella ejusd. marm. et b. lign.

422. (*Ser. inf.* Cát. *B. n.* 309 *b*) IDEM. nonnihil mutatus, manu d. libera volumen tenet, ſ. protenſa Marmor alb. 6 alt. In lamella ejusd. marm. et b. lign.

423. (*Ser. inf. Cat. A. n.* 173) IDOLVM Vir calvus, cornutus, barba in cuneum formata et acuta, mammis magnis dependentibus, utraque manu caput, itidem cornutum, ſed imberbe tenens, ſedet et inde in hermam craſſam brevemque definit, cum inſcriptione. Lapis albus, arenoſus, et mollis, 4 1/4 alt. In b. ejusd. lap.

424 (*Ser. inf.* Cat *B. n.* 114) MVLIER, velata longis mammis dependentibus, utraque manu demiſſa, cubito mediocriter flexo, cujus ſub ventre tunica quædam incipit, rugoſa, circulo ſuperius adſtricta, et ad plantas delabens. Materia eadem, 4 3/8 alt. In b. continua.

425. (*Ser. inf. Cat. B. n.* 121) FEMINAE RAPTVS. Vir adoleſcens portat mulierem, ambo brachia expandentem, quae, elabi cupiens, obſiſtit, et corpus quaſi arcuat, ita, ut vir brachio d. eam mediam amplectatur. Sub viro ſenex quidam lapſus, a lapſu ſurgere velle videtur. Alabaſtr. orient. 9 1/4 alt.

426. (*Ser. inf.* Cat. *B. n.* 196, *et in alio*, *n.* 106) IDOLVM. Vir calvus, cornutus, auribus aſininis, ore aperto, barba longa et inferius bifida, mammis longe dependentibus, brachiis amputatis, ſubventre deſinens in hermam brevem, quadratam. Lapis albus, arenoſus et mollis, 4 alt.

SCRINIVM SEPTIMVM.

427. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 484) PRIAPVS, (niſi ſit quivis alius potius,) coronatus, ut videtur, auribus valde exſtan-

exstantibus, naso et ore, ad caninam formam proxime accedente. Utrumque brachium nonnihil extendit, quasi aliquem adloquens. Aes, 3 ¾ alt. In b. lign.

428. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 481) OSIRIS, et quidem signo rarissimo, sc. pene magno arrectoque, barba caprina, cornuque utrimque ex temporibus et vertice quasi assurgente. Sublata d. flagellum tenet, s. ventri admota. Op. ant. et aerug. Aes, 3 1/4 alt. In b. lign.

429. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 45) PRIAPVS, sedens, arrecto veretro, pro mitra et brachiis penem, et quasi peram in tergo habens. Aes, 1 2/3 alt. In b. lign.

430. (*Ser.* 1. *Cat.* A. *n.* 587) OSIRIS, totus involutus, ut manus duntaxat prodeant, quarum s. flagellum, d. hastam superiore parte curvam, quasi lituum, tenet. In capite calathus et alia cernuntur. Aes, 2 alt.

431. (*Ser.* 1. *Cat.* A *n.* 838) MERCVRIVS, petasatus, pallio ex humero sin. dependente. Dextra crumenam gestat. Op. ant. et aerugin. Aes, 2 1/2 alt.

432. (*Ser* 1. *Cat.* A. *n.* 369) IVPITER, pallio velatus, quod ex humero in alterum pendet, utraque manu elata, sed dextra, quae fulmen tenet, paullo minus. Aes, 2 1/3 alt. In b. lign.

433. (*Ser.* 1 *Cat. A. n.* 370) IDEM, d. fulmen tenens, s. in latus nixus: cujus inter pedes aquila stat alis expansis, quarum altera tibiam d. tegit, altera tegitur sura sinistra. Op. bon. Aes, 3 alt. In lamella lunæ simili, et b. lign.

434. (*Ser.* 1. *Cat.* A. *n.* 461) MARS, galeatus et loricatus, d. pateram, s. elata hastae fragmentum tenens. Op. ant. et aerug Aes, 2 ⅔ alt.

435. (*Ser.* 1. *Cat.* A *n.* 514) HIPPOMENES, nudus, currens, dextra sublata, et sin. protensa pomum ferente. Op. ant et aerug. Aes, 2 ⅜ alt. In b. lign.

436. (*Ser.* 1 *Cat.* A. n 74) IVPITER AMMON et SERAPIS, in capite calathum, et cornua arietina habens, cujus pallium ex humero et brachio sin. oblique trans corpus ductum inferiora omnia velat. Dextra sublata fuit, sin. clavam in humerum rejectam tenet. Aes, 2 1/2 alt. In b. lign.

437. (*Ser.* 1. *Cat.* A. *n.* 513) HERCVLES, ſedens in ſaxo pelle leonina ſtrato, et d. clavam terræ nixam, ſ. ſcyphum ſeu calicem anſatum tenens, quem genui impoſuit Op. probab. Aes, 3 ½ alt.

438. (*Ser.* 1. *Cat.* A. *n.* 477) MERCVRIVS (ſic editur) ſed ſine petaſo, caduceo aliisque hujus Dei ſignis. In capite eminent tria folia, manu geſtat palmam, aliumve ramum, utrimque folia longiora emittentem. Pallium dependet e brachio ſin. Op. ant. Aes, 3 alt. In b. lign.

(Mercurius huic fere ſimilis eſt apud Montefalc. T. I. t. 68. n. 5. et t. 69. n. 3.)

439. (*Ser.* 1. *Cat.* A. *n.* 397) ATHLETA ETRVSCVS, clavam nodoſam tenens d. elata, ſ. rotundum quaſi cuneum, lacerto ipſo protenſo, et panno ſeu mantili obvoluto. Utraque auris munita videtur, aut eſt nimis expreſſa. Aes, 4 ½ alt. In b. cupr. ⅔ alt.

(Sic apud Montefalc. T. III. t. 156, n. 1. Aures ejusmodi appellat Winkelman *pancratiaſtarum*).

440. (*Ser.* 1. *Cat.* A. *n.* 402) ATHLETA ſimilis, clavam d. elata tenens, cujus e vertice cornu, cunei forma, ſurgit. Dubium eſt, utrum pilei cujusdam pars ſit. Aes, 3 ½ alt, In b. lign.

441. (*Ser.* 1. *Cat.* A. *n.* 358) MERCVRIVS, petaſum alatum, d. crumenam, ſ. caduceum et pallium e lacerto pendens, geſtans. Op. antiquiſſ. Aes, 2 ½ alt. In b. rot. ejusd. mat.

442. (*Ser.* 1. *Cat.* A. *n.* 504) HOMO incognitus, capite magno et calvo, tergo gibboſo, lateribus anguſtis, humero ſin. portans et manu tenens labrum pharetrae ſimile, d. autem demiſſa rem. aliam, ſed cognitu difficilem. Aes, 2 ½ alt. In b. lign.

443. (*Ser.* 1. *Cat.* A. *n.* 631) MVLIER ignota, nuda, capillis ſine cultu pendentibus, brachiis oblique demiſſis et ad accipiendum paullum curvatis. Aes, 3 ½ alt. In lamella ſimul fuſa, infixaque b. lign.

444. (*Ser.* 1. *Cat.* A. *n.* 597 *a*) QVIDAM barbatus, auribus aſininis vel caprinis, in vertice habens quandam quaſi columellam, quatuor circulis diſtinctam, brachia extendens, manus explicans. Sunt, qui *Silvanum* putent. Op. ant. Aes, 4 alt. In b. lign.

445. (*Ser.* 1. *Cat.* A. *n.* 597 *b*) NYMPHA, sine signis certis, cum panno, qui partem obscoenam velans, ex vinculo pendet, quod ex humero d. descendit. Dextra sublata aliquid tenuisse videtur. s. tenet capulum gladii, ut videtur. Aes, 3 alt. In b. lign.

446. (*Ser.* 1. *Cat.* A. *n.* 630 *a*) MVLIER, nuda, mammis nonnihil pendentibus, capillis ad occiput in nodum collectis, ita sedens, ut femur utrumque admoveat ventri. Aes, 2 alt. In b. lign.

447. (*Ser.* 1. *Cat.* A. *n.* 630 *b*) QVIDAM, cossim sedens cacansque natibus nudatis. Dextra vestem restrictam tenere, s. quicqnam demonstrare videtur. In pileo, capiti imposito, parte sinistra surgit haud dubie florum fascículus. Aes. In b. lign.

448. (*Ser.* 1. *Cat.* *A.* *n.* 567) QVIDAM, loricatus, et galeatus cum crista ingenti, d. lanceam tenuit, s. lacerto scutum, ut videtur. Galea habet magnas aures, et pudenda non sunt velata. Aes, 9 $\frac{1}{4}$ alt. In b. lign.

449. (*Ser.* 1. *Cat.* *A.* *n.* 568) *Figura similis*, in qua omnia paene eadem sunt. Elata dextra lanceam tenet. Aes, 8 $\frac{1}{2}$ alt.

450. (*Ser.* 1. *Cat.* A. *n.* 117) PALLAS, galeata et loricata, tunica duplici vestita, d. hastam, quae periit, s. clypeum oblongum, terraeque impositum tenet. Op. bon. Aes, 6 alt.

451. (*Ser.* 1. *Cat.* A. *n.* 103) VENVS MARINA, capillis diademate vinctis et pone verticem in nodum collectis, pedem sin. Delphini capiti imponens, cujus caudam tenet; dextra tenet pannum, qui super humernm sin. in tergum descendit, et circa femur volutus pubem tegit. Op. non mal. Aes, 4 $\frac{3}{4}$ alt. In lamella rot. et b lign.

452. (*Ser.* 1. *Cat.* A. n. 456) MINERVA, galeata, capillis in tergo fluentibus, in pectore Medusae caput et quatuor angues habens, duplici tunica vestita, quarum exterior brevis et sub pectore accincta est. Manum s. nonnihil elatam protendit. Op. nov. Aes, 5 alt. In b. lign.

453. (*Ser.* 1. *Cat.* A. *n.* 538) BACCHANS, pectus et ventrem pelle caprina tectus, et capillos corymbis ornatus. Elata d. tenet baculum longum, crassum

et

et quaſi tortum; demiſſa ſ. amphoram, aut poculum utrimque anſatum. Aes, 4 alt. In b. lign. Eſt, qui Silvani ſacerdotem in eo videat.

454. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 116) APOLLO, capillis non niſi pexis et in tergo longe dependentibus, in dext. humero pallium globulo nexum habet, quod in tergo dependet, lacinia per pectus transeunte. Dextra femori admota pallium allevat, ſiniſtram protendit et explicat. Op. probab. Aes, 6 ¾ alt. in baſi cava, quadrilatera, ⅝ alt.

455. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 549) MARS, galea, lorica, clypeo, et caligis inſtructus, in galea eſt criſta; clypeus oblongus, non ita magnus, duo ocrea habens. Dextra tenet reſiduum gladii capulum, vagina ad latus ſin. pendente. Paludamentum loro nexum eſt in humero d. ex eoque dependet gladius: alia ejus lacinia prodit a tergo, et apud vaginam eodem loro tenetur. Aes, 9 ⅝ alt. In lamella aen. rot. infixa b. lign.

456. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 522) CERES, capillis in cincinnos contortis, quorum cirri duo pone aures in occipite volutas efficiunt, et ſupra vertice diadematis particula exiſtente. Ex humero ſin. lorum trans corpus currit, in quo ſuper recto femore amiculum pendet, quod a manu ſ. ſublevatum in terram delabitur. Brachii dextri deorſum miſſi manus tenet manipulum ſtantem. Aes, 11 ⅛ alt In lamella rot. ſimul fuſa, infixaque b lign.

457. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 639) AVGVSTVS, laureatus, loricatus et caligatus. Op. nov. Aes, 9 ¾ alt. In b. lign.

458. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 638) CALIGVLA, eodem modo. Op. nov. Aes, 10 alt. In b. lign.

159. (*Ser.* 1. *Cat. A. n.* 808) EQVES, galeatus cum criſta, loricatus, caligatus, paludatus, curſu celerrimo equitans, et haſta petens draconem alatum, quadrupedem, rictu aperto, et lingua exſerta illi minitantem. Facies eſt Martis, Op. prob. Aes, 11 ¼ alt. et 9 ⅝ long. In lamella, rupem cum fruticibus imitante.

460. (Ser. 1. Cat. A. n. 552) EQVES ALIVS, galea pluribus caelaturis ornata, lorica, et caligis tectus, isque

isque in fuga, quod vultus et reliquus oris habitus docent. In lorica eſt homo alatus, in piſces deſinens, caelatus. Deeſt equus. Aes, 9 $\frac{1}{8}$ alt.

461. (*Ser.* 1. *Cat.* A. *n.* 765) TAVRVS, gradiens, quaſi cornibus aliquem petiturus. Op. probab. Aes, 4 $\frac{5}{8}$ alt. 8 $\frac{1}{4}$ long. In b. lign.

462. (*Ser.* 1. *Cat.* A. *n.* 770) CAPER, ſtans, longis cornibus et capite erecto. Op. bon. Aes, 6 $\frac{1}{4}$ alt. 7 $\frac{3}{4}$ long. In b. lign.

463. (Ser. 1. Cat. A. *n.* 771) CAPER alius, ſimilis, paullo minor. Op. bon. Aes, 5 $\frac{3}{8}$ alt. 7 1/16 long. In b. lign.

464. (*Ser.* 1. *Cat.* A. *n.* 112) TAVRVS, gradiens, capite paullum ſublato, eodemque meliore, quam n. 461, etſi poſterior corporis pars ei cedere debeat. Aes Corinth. 4 $\frac{5}{16}$ alt. 5 1/2 long. In b. marm. nigri.

465. (*Ser.* 1. *Cat.* A. *n.* 674) APER gradiens, roſtro quidem obverſo. Op. antiqu. Aes, 6 $\frac{5}{8}$ alt. 3 long.

466. (*Ser.* 1. *Cat.* A. *n.* 679) PANTHERA, ut putatur, gradiens, fronte villis, caput cingentibus, quaſi coronata, lineis et circulis toto fere corpore notata. Aes, 1 $\frac{7}{8}$ alt. 2 1/8 long. In lamella ſimul fuſa.

467. (*Ser.* 1. *Cat.* A. *n.* 776) CANIS, cubans, ac pede ſin. poſteriore aurem ſibi ſcabens, lingua multum exſerta. Op. affabre facto. Aes, 2 1/4 alt. 2 1/2 long. 2 $\frac{1}{8}$ lat.

468. (*Ser.* 1. *Cat.* A. *n.* 777) CANIS, cubans, pede dext. poſteriore ſibi aurem ſcabens, lingua paullulum exſerta. Op. ant. et anteced. exemplar. Aes, 2 $\frac{3}{8}$ alt. 2 $\frac{7}{8}$ long. 3 lat.

469. (*Ser.* 1. *Cat.* A. *n.* 208 *a*) EQVVS, currendo hinniens. Aes, 2 1/2 alt. 3 $\frac{1}{8}$ long.

470. (*Ser.* 1. *Cat.* A. *n.* 208 *b*) SATYRVS, divaricatis pedibus ſedens, laeva tenens fiſtulam, novem cicutis compactam ita, ut media ſit maxima, d. elata uvam. Aes, 7 $\frac{3}{8}$ alt. In b. lign.

471. (*Ser.* 2. *Cat.* A. *n.* 563) SATYRA, ſedens pedibus decuſſatis, manu ſ. femur contingens, d. extenſa poculum, aut lampadem tenens, cujus non niſi anſa cochleata ſupereſt, Op. ant. Aes, 7 1/2 alt.

472. (*Ser.* 2. *Cat.* A. *n.* 569) MILES, vel GLADIATOR Etruſcus, lorica indutus, galea tectus, in qua aures, veris altiores, quaſi anſae videntur ad galeam capiendam. Facie admodum pulcra, reliquo habitu ſimillimus n. 448. et 449. Op. ant. et virid. Aes, 5 ¼ alt. In b. lign.

473. (*Ser.* 2. *Cat.* A. *n.* 570) MILITIS ſimilis figura, galea tecti, cujus anſae pro auribus ferinis habeas, facie deteriori, et nimia proceritate ac gracilitate. Aes, 5 ½ alt.

474. (*Ser.* 2. *Cat.* A. *n.* 358) MERCVRIVS, petaſo alato tectus, brachio ſ. chlamydem circumvolutam et caduceum, d. crumenam ferens. Aes, 2 ⅞ et una cum b. aen. 3 ½ alt.

475. (*Ser.* 2. *Cat.* A. *n.* 355) IDEM, Jovis mandatum annuntians, petaſum alis inſtructum in capite, et ſin. caduceum geſtat, dextram trans pectus attollit, digitoque caelum oſtendit. Pallium in tergo haeret, ex loro ſuſpenſum. Aes, 3 ⅜ alt. In lamella rot. et b. lign.

476. (*Ser.* 2. *Cat.* A. *n.* 384) VENVS, vel potius NYMPHA quaedam, Graeco capitis cultu, mire ſe inclinans, virilis conſpectus vitandi cauſſa Genu d. procubuit, et cubito d. in femur ſiniſtrum nititur, pectus ſudario tegens; caput ſiniſtrorſum flexum ſurſum vertit, manumque ſ. tenet quaſi oſculum depulſura. Aes, 3 ½ alt. In lamella aen. et b. lign.

477. (*Ser.* 2. *Cat.* A. *n.* 81) VENVS, ex balneo ſe ungens. Eadem plane ſtatua, quae ſupra jam indicata eſt, n. 373. Fuit, qui falſo Fauſtinam diceret. Op. vere ant. Aes, 4 ¾ alt. In lamella aen. et b. lign.

478) *Ser.* 2. *Cat.* A. *n.* 956) SACERDOS ſacrificatura, tunica uſque ad pedes defluente, et ſuper hoc pallio ex humero ſin. ſuſpenſo, veſtita, d. praefericulum duarum anſarum, ſ. uvam grandem, vel faſciculum fructuum tenens, et redimita frondibus. Aes. 2 ⅞ alt. In b. lign.

479. (*Ser.* 2. *Cat.* A. *n.* 498) BACCHVS, puer, hedera coronatus, caligis veſtitus, ac circa pubem et in lateribus aliquot foliis hederaceis velatus, magnum gradum facit, d. elata quaſi feriturus. Thyrſi loco gerit hermam ſenis barbati, utraque manu calathum, frugi-

frugibus plenum, capiti impositum tenentis. Aes, 3 1/2 alt. In b. lign.

480. (*Ser.* 2. *Cat.* A. *n.* 412) CVPIDO, aliusve puer alatus, partem corporis superiorem, capite excepto, sinistrorsum vertens, manum d. transversam tenens, s. elatam inversam, ex qua clavus prodit. Aes, 3 7/8 alt. In lamella simul fusa et b. lign.

481. (*Ser.* 2. *Cat.* A. *n.* 96 *b*) ATHLETA *Etruscus*, capillis crispis, d. elata, qua nonnihil tenuit, sin. brachio pannum vel mantile circumvolutum gestans. Facies et pectus est, ut in aliis Etruscis, nec tamen ita gracili corpore. Aes, 4 1/8 alt. In b. lign.

482. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 188) ATHLETA alius, coronatus, d. clavum, s. clavam tenens, mantili circa lacertum voluto. Aes, 4 alt.

483. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 766) TAVRVS, gradiens, capite dextrorsum verso, et palearibus crurum tenus a mento pendentibus. Op. ant. et prob. Aes, 4 1/8 alt. 5 1/2 long. In b. lign.

484. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 913) ISIS, barbata, toto corpore involuta, manibus decussatim prodeuntibus, et s. flagellum, d. litteram A tenentibus. Inde usque ad pedes Hieroglyphica. In tergo columella illa solita usque ad extremam vittam seu tiaram. Aes 4 1/4 alt. In b. lign.

485. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 480) PAN, a medio corpore in Hermam desinens, capite incurvo, s. pectori admota, d. sinum panni anteriorem attollenti. Ubi figurae commissura, ibi circumcirca pannus dependet sinuosus. Aes, 4 1/3 alt. In b. lign.

486. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 185) FORTVNA, in capite, juxta lunam crinalem, calathum gestans, tunica et pallio vestita, cum gubernaculo et cornu copiae, jam fracto. Aes, 2 1/2 alt. In b. lign.

487. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 913 *b*) OSIRIS, cultu fere minus solito. Barba ex mento: duo accipitres in fronte: in capite calathus, in quo felis aversa sedet: crinis in cincinnos pexus et cincinni rursus divisi aut transversim secati. Dextra manu, sub pectore admota, flagellum tenet, brachium sin. rectum demittit. Medio corpore cinctus subligaculo tegitur.

Utroque

Utroque pede extenſo quaſi gradum facturus. Aes, 4 2/3 alt. In lamella ſimul fuſa et b. lign.

488. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 909) ISIS, Horum lactans, in ſella ſedet, omnibus hoc in ſigno magis expreſſis, quam in plerisque aliis. In capite orbis, cornibus incluſus; velum quaſi sciſſum, et in duo quaſi cincinnos convolutum, ſuper humeris in pectus propendet. Ex Hori dextra frontis parte capillorum cirrus exit. Aes, 4 2/3 alt. In lamella ſimul fuſa et b. lign.

489. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 578) HORVS, quaſi ſedens, ſed absque ſella, et in collo pone dimidius circulus ad ſuſpendendum factus. In fronte accipiter, vel aliud quippiam eſt, caput fere totum raſum, et e dextra ejus parte cincinnus longus, et ad extremum criſpus deſcendit. Manus proxime corpus demittit, cruribus arcte conjunctis. Ob. vet. Aes, 3 1/8 alt. In lamella ſimul fuſa et b. lign.

490. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 380) VENVS, tota nuda, capillis ad cervicem in nodum collectis, manu d. ſibi caput ſcabens, ſ. in femore quieſcente. Op. ant. et prob. Aes, 4 1/4 alt. In lamella rot. ſimul fuſa, et b. lign.

491. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 767) TAVRVS, quondam auratus. Op. vix prob. Aes, 4 3/4 alt. 5 long. In b. lign.

492. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 411) CVPIDO, manu utraque in latus nixus. In tergo, inter ſcapulas, nonnihil editius, in quo alae quondam haeſere. Aes, 4 alt. In lamella rot. ſimul fuſa et b. lign.

493. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 951) PVERVLVS, ſedens, in femore dextro et manum et oculos habens, in manu ſin. nonnihil, vel ad ludendum, vel ad comedendum. Op. prob. Aes, 3 alt.

494. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 88) CVPIDO, in ſagminis fragmento humi ſedens, alis expanſis, dextro brachio extenſo, ſin. manu arcum tenente, ſpectans eo, unde manum d. nonnihil ſemovit. Op. ant. et bon. Aes, 1 7/8 alt. In b. lign.

495. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 469) SACERDOS, certis inſignibus deſtituta, ſuper tunicam interiorem longiſſimam, veſtita eſt alia breviore, ad genua prope pertingente,

tingente, manicasque breviſſimas habente. Brachium d. a cubito porrigit, et manu quicquam tenuit, ſin. in latus nititur. Eſt, qui *Etruſcam* appellet. Aes, 4 3/4 alt. In b. lign

496. (*Ser.* 2 *Cat. A. n.* 473) SACRIFICVLVS, lauro coronatus, manu ſ cornu copiae tenet, d. pateram tenuiſſe videtur. Veſtitus eſt pincernarum more, ſcil. tunica ſuccincta cingulo, ne infra genu effluat. Fuit, qui pro Camillo haberet. Aes, 4 1/8 alt. In b. lign.

497. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 956) BACCHA, vel *Bacchi Sacerdos* modeſta, ſerto hederaceo redimita, tunicata usque ad pedes et palliata, poculum, quaſi amphoram, et grandem uvam ferens. Aes, 2 7/8 alt. In b. lign.

498. (*Ser.* 2. *Cat A. n.* 394) HERCVLES, adoleſcens, capillis conſtrictis per faſciam, quae in vertice colligata deſinit, clavam ſublatam tenet quaſi feriturus. Ex vertice duo quaſi cornicula prodeunt. Eſt, qui gladiatorem dicere malit. Aes, 5 1/4 alt. In b. lign.

499. (*Ser.* 2. *Cat A. n.* 431) PVER, capillis brevibus circum caput quaſi diſſolutis, capite nonnihil dextrorſum flexo, tenet brachio dext. ſcutum oblongum, figurato margine, transverſum. Lacertum ſin. porrigit. Ex humero d. lorum deſcendit, quo pannus pendet, transverſim volans et pudenda tegens. Op. prob. Aes, 6 alt. In lamella ſimul fuſa.

500. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 559) SATYRVS ADOLESCENTVLVS, caprinis auribus ac pedibus, ſed nondum cornutus, humi ſedens, manibus in tergum religatis, ſiniſtrorſum ſpectans, et dolorem vultu ſignificans. Aes, 3 1/2 alt. In b. lign.

501. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 564) SATYRA, cornibus extrorſum prodeuntibus, facie rugoſa, vultu doloris pleno, ſedens pedibus demiſſis, manibus in tergum vel religatis, vel ultro decuſſatim poſitis. Aes, 5 1/2 alt. In b. lign.

502. (*Ser.* 3. *Cat. A. n* 371) IVPITER, dextra demiſſa et femori adplicata fulmen tenens, ſiniſtram itidem demiſſam paullulum extendit. Ejus inter

pedes

pedes *aquila*, alis expanſis ſtat. Op. prob. Aes, 2 5/8 alt. In b. lign.

503 (*Ser.* 3. *Cat. A. n.* 366) IDEM, dextra elata fulmen jacturus. Op. ant. aerug. et viride. Aes, 3 5/8 alt. In lamella rot. ſimul fuſa, et b. lign.

504. (*Ser.* 3. *Cat. A. n.* 476) MERCVRIVS, petaſatus, d. volumen puſillum, ſ. caduceum tenens, chlamyde ex humero d. ſuſpenſo et in brachio ſin. dependente. Alae nec in petaſo ſunt, nec in caduceo. Op. ant. et aerug. Aes, 4 alt.

505. (*Ser.* 3. *Cat. A. n.* 871) EPISTYLIVM, in quo ſedet *aquila*, expanſis alis et capite retro flexo. Aes, 2 alt.

506. (*Ser.* 3. *Cat. A. n.* 4) SACERDOS, tunica et peplo, ſeu palla velata, manu d. pateram, ſ. acerram tenens apertam et thuris plenam. Op. ant. et aerug. Aes, 2 1/6 alt.

407. (*Ser.* 3. *Cat. A. n.* 925) SACERDOS alia, antecedenti ſimillima. Op. ant et aerug. Aes, 3 1/3 alt.

508. (*Ser.* 3. *Cat. A. n.* 554) GLADIATOR, galeatus, toto corpore nudus, ſ. clypeum tenet, pedis plantae impoſitum, d. latus amplectitur. Op. ant. Aes, 4 1/2 alt. In lamella rot. ſimul fuſa, et b. lign.

509. (*Ser.* 3. *Cat. A. n.* 900) PVER, gladiator, clypeum octangularem juxta pedem tenens, dextra latus amplectente. Aes, 3 alt. In lamella rot. inglutinata b. aer.

510 (*Ser.* 3 *Cat. A. n.* 543 *a*) ATHLETA Etruſcus, capite et corpore nudo, dextram attollens, lacerto ſin. mantile gerens, et manu nonnihil tenens. Op. ant. Aes, 4 1/8 alt. In b. lign.

511. (*Ser.* 3. *Cat. A. n* 543 *b*) ATHLETA ſimilis, capite tectus pelle ferina, quae in pectore pedibus conſtricta, brachium ſin. involuit. Manum d. demittit, ſ. pomum tenet. Op. ant. et aer. Aes, 4 1/4 alt.

512. (*Ser.* 3. *Cat. A. n.* 543 *c*) IDEM, vel antecedenti ſimillimus, niſi quod d. attollit, et utraque nonnihil tenuit. Aes, 3 7/8 alt.

513 (*Ser.* 3. *Cat. A. n.* 580) OSIRIS, totus quaſi faſciis involutus, barbatus, cornutus, mitratus, et foliis altis capite ornatus. In mitra ſtatim a fronte eſt accipiter. Manu d. flagellum, ſ. lituum aliumve baculum

lum incurvum tenet. Op. ant. Aes, 5 7/8 alt. In b. lign.

514. (*Ser.* 3. *Cat. A. n.* 182) IDEM, sine cornibus bovinis, quorum loco aures exstantiores, item accipiter, hujusque alae clarius conspiciuntur. Os ridens maxime conspicuum est, manuque sin. tenet baculum, longiorem quidem, sed non recurvum. Op. ant. Aes, 6 alt. In b. lign,

515. (*Ser.* 3. *Cat A n.* 535) VIR AEGYPTIVS, nudus, crinibus pexis et in tergo promissis, capite fascia quadam velut serto redimitus, et brachiis usque ad cubitum demissis, deinde paululum prodeuntibus. Manu d. nonnihil tenuit. Op. ant. Aes, 5 1/4 alt. In b. lign.

516. (*Ser.* 3. *Cat. A n.* 955) SPHINX, capite virgineo, corpore ferino, quatuor pedibus, alata et caudata. Aes, 2 3/8 alt. et 1 1/2 long. In lamella ovali.

517. (*Ser.* 3. *Cat. A n* 435) ANGERONA, qualem dedit Montefalc. T. I. t. 213 n. 1. Op. ant. Aes, 6 5/8 alt. In b. lign.

518. (*Ser.* 3. *Cat. A. n.* 937) VIR NVDVS, pileo, ut videtur, tectus, manum d. qua manubrium cochleatum tenet, protendens, brachium sin. nonnihil rejiciens Aes, 4 1/8 alt. In b. rot. ex orichalco 1 5/8 alt. 2. ampla.

519. (*Ser.* 3. *Cat. A. n.* 209 *a*) ATHLETA ETRVSCVS, pileatus, brachium pedemque dext. attollens, et manu itidem sublata clavae fragmentum tenens: e brachio sin. protenso, mantilis loco, pellis leonina dependet, et ipsa manu cornu exiguum tenet. Op. ant. et vir. Aes, 5 1/2 alt. In b. lign.

520. (*Ser.* 3. *Cat. A. n.* 209 *b*) ALIVS, nudo capite, dextra sublata clavam mediam tenens, brachium sin. e quo mantile pendet, extendens. Op. ant. Aes, 4 5/8 alt. In b. lign.

521. (*Ser.* 3. *Cat. A. n.* 162) POCILLATOR, dext. alte sublata cornu, s. pateram tenens, capillis cultis, brevi tunica et alte succinctus: crura post suras quasi vittata, et pedes soleis vincti. Aes. 5 1/4 alt. In b. lign.

522. (*Ser.* 3. *Cat. A. n.* 893) SACERDOS ETRVSCVS, pampinis ornatus, tunica, pallioque vestitus, d. ex-

tensa

tenſa pateram, ſ. vas tenet: pedes a mediis tibiis liberi et diſtantes. Aes, 4 ¾ alt. In b aen ſimul fuſa, et lign. Cernuntur in pallio itidem litterae Etruſcae.

523. (*Ser.* 3. *Cat. A. n.* 945) PVER, ſ. puella, manibus demiſſis, a medio corpore in pedem cameli deſinens. Signum intus cavum, et medium ſectum eſt. Aes, 2 ¾ alt.

524. (*Ser* 3. *Cat. A. n* 887) VVLCANVS, pileo acuto, tunica brevi et cincta, ex humero ſin. ſub alam dextr. labente, ut brachium d. nonnihil ſubmiſſum, in opere cudendo liberrimum ſit. Aes, 5 1/4 alt. In b. lign.

525. (*Ser.* 3. *Cat. A. n.* 889) MANDARINVS, ſ. aliquis Sinenſium doctor, ut videtur, barba longa et acuta, toto corpore usque ad pedum plantas veſte involutus, ut ne brachia quidem et manus liberas habeat. A dext. brachio faſcia oblique ad femur ſin. deſcendit, in qua miri characteres. Caput velatum panno, usque ad pedes delabente. Eſt, qui ſacerdotem Aegyptium cenſeat. Op. ſatis ant. Aes, 4 1/2 alt. In b. lign.

526 (*Ser.* 3 *Cat. A. n.* 12 *a*) VINITOR, humero d. pedum, aut ligonem, tergo fiſcum, ſin. uvam cum folio geſtans, tunica veſtitus ampla, manuleata et alte cincta, humeros et pectus ambiente palliolo brevi pellito, item femoralibus ac tibialibus. Aes, 4 1/8 alt. In b. aen. rot.

527. *Ser.* 3. *Cat. A. n.* 911) OSIRIS, mitratus, pinnatus, cornutus, barbatus: in fronte eſt accipiter, dext. baculus recuruus, ſin. ſtagellum: totus involutus. Op. ant. Aes, 4 1/8 alt. in lamella parua, et b. lign.

528. (*Ser.* 3. *Cat. A. n.* 12 *b*) HERCVLES, aut ATHLETA, ſolito athletarum ſtatu, niſi quod habet veſtem convolutam, ex humero ſin. retro pendentem, et oblique ad latus d. transeuntem. Manu ſ. in tergum rejecta, veſtem attingit; d. circumvolutam tenet. Op. prob. Aes, 7 alt. In b. lign.

529. (*Ser.* 3. *Cat. A. n.* 859) GLADIATOR, galea tectus, nudus, faſcia ex humero d. corpus oblique ambiente, ſtatu mirifico gradiens, capite retro flexo,

d. gladium tenuit, brachium sin. nonnihil protendit. Op non mal. Aes, 5 5/8 alt. In b. lign.

530. (*Ser. 3. Cat. A. n.* 177) LAOCOONTIS filiorum unus, jam adolescens, a serpente circumvolutus et prostratus. Aes, 7 1/2 long. 3 1/2 alt.

531. (*Ser. 3. Cat. A. n.* 207) DEVS MARINVS, s. *Triton*, s. alius, in piscem desinens, quasi natans. Porrecta d. testudinem tenet, s. capillos siccat. Ante illum rana coaxat. Aes, 8 long. 4 1/4 alt. In b.

532. (*Ser. 3. Cat. A. n.* 282) LAOCOON, a duobus serpentibus circumvolutus, quorum unus illius pectus jam mordet. Signa doloris in eo visuntur varia: oculi clausi, os modice apertum, cet. Ad latus est magnus arboris truncus: ad pedes *scorpio* et *cicada*. Op. prob. Aes, 12 alt. 7 3/8 lat. In lamina simul fusa.

533. (*Ser. 3. Cat. A. n.* 184) BACCHA, statu corporis Bacchico, vestita sic, ut tunica ab humero sin. oblique ad latus d. descendens, dext. pectoris partem totam nudam esse sinat, et infra fissuram habeat; qua pes sin. itidem nudus videatur. Aurichalc. 7 1/2 alt. In lamella simul fusa.

334. (*Ser. 3. Cat. A. n.* 200) MVLIER, facie Faustinae jun. non dissimilis, nec capillorum cultu, tunicam obducens, elataque manu d. nonnihil significans. Aurichalc. 7 5/8 alt. In b. lign.

535. (*Ser. 3. Cat. A. n.* 377) VENVS, ut videtur, ex balneo rediens, capillis eleganter comtis, manu d. quasi caput scabens, brachium sin. pectori obducens, corpore paullulum curvato, et pedibus compressis. Op. bon. et ant. Aes, 10 1/2 alt. In b. lign.

536. (*Ser. 3 Cat. A. n.* 935) MVLIER, capite demisso ridens, et ventrem quasi continens, lacerto dext. impositio. Pictoris exemplar fuisse videtur. Calx, 3 3/8 alt. In b. lign.

537. (*Ser. 3. Cat. A. n.* 988) NEREIS, vultu dolorem significante; duos in pisces desinens, et alas pro brachiis habens. Pisces sese decussant, et eorum alterius cauda circa alam unam voluitur. Op. prob. Aes, 3 7/8 alt 4 1/2 long. et 3 lat.

538. (*Ser. 3. Cat. A. n.* 1001 *a*) DRACO, alatus, collum incuruans, et caput in se reflectens, diducto rictu

linguam

linguam exſerens, cauda in orbem acta. Aes, 3 alt. 4 long. Olim deauratum fuiſſe videtur.

539. (*Ser.* 3. *Cat. A. n.* 1001 *b*) NEPTVNVS, pede d. retrorſum verſo, delphinum premens, manu d. retro demiſſa baculum brevem tenens, brachium ſin. extendens manumque expandens. Cuprum, 9 3/4 alt. In b. lign.

540. (*Ser.* 3. *Cat. A. n.* 1001 *c*) MINERVA, galeam quidem habens, et clypeum Meduſae capite inſignem, ceterum vero nuda, et Mercurii caduceum geſtans: pedibus decuſſatim poſitis ſtat in libro cum clauſuris. Chlamydis pars aliqua pubem velat, reliqua ex clypeo dependet, in quem nititur. Cuprum, 8 1/4 alt. In b. lign.

541. (*Ser.* 3. *Cat. A. n* 470) SACERDOS, crinibus ſimpliciter pexis, brachia et manus extendit, quaſi Deorum numen invocans, brevi chlamyde ex humero ſin. pendente ac corpus velante. Aes, 3 3/4 alt. In b. lign.

542. (*Ser.* 3. *Cat. A n.* 542) VIR NVDVS, cum pileo caput et cervicem tegente, brachium utrumque demittens, dextra diſcum ſeu pateram tenet. Op. Etruſc. ant. Aes, 4 1/4 alt. In b. lign.

543. (*Ser.* 3. *Cat. A. n.* 15) STRVTHIO, alis expanſis gradiens. Aes, 11 1/4 alt. 6 1/2 long. 5 3/8 lat. In b. marmor. multicolore, 3 1/2 alt. long. et lat.

544. (*Ser.* 3. *Cat. A. n.* 864) TAVRVS, cornibus minutis, palearibus grandiuſculis, gradiens. Aes, 3 1/8 alt. 3 7/8 long. In b. lign.

545. (*Ser.* 3. *Cat. A. n.* 345) MERCVRIVS, capite reflexo et dextrorſum verſo, gradiens, brachium ſin. altiſſime tollit, et dextra caduceum geſtat. Alae cernuntur in petaſo, in caduceo, nec tamen ſupra, ſed infra ſerpentes, et in pedibus extrorſum ſaltem. Aes, 12 7/8 alt. In b. lign.

546. (*Ser.* 3. *Cat. A. n.* 351) IDEM, eodem fere ſtatu, et caduceo amiſſo. Aes, 12 7/8 alt. In b. lign.

547. (*Ser.* 3. *Cat. A. n.* 314) VENVS eadem, et ſine ulla mutatione, quam ſupra, n. 535 indicavimus. Pede dext. teſtudinem premit, adeoque Aeginetarum fuit. Aes, 10 1/2 alt.

548. *(Ser. 3. Cat. A. n. 593)* IDOLVM INDICVM, sexus feminini, capite calvo, quod in vertice globulum habet, ore ita formato, quasi flatum emittat. Status est sedentis. Pedes habet brevissimos, et exiles, brachia etiam exilia, sed digitos longissimos. Manu d. in latus nititur, s. fronti adplicat. Aes, 9 1/8 alt. In b. lign.

549. *(Ser. 3. Cat. A. n. 77 a)* CICONIA, alas, in primis dextram, movens pede d. alte sublato, digitisque curvatis, quasi nonnihil comprehensura. Aes, 11 alt. In b. marm. multicolore, 3 1/2 alt. long. et lat. (Est quasi socius n. 543)

550. (*Ser. 3. Cat. A. n. 77 b*) *Brachium dextrum* femininum, deauratum, intus cavum, plurimi ponderis, cujus lacertus solus habet 10 5/8. Aes.

551. *(Ser. 3. Cat. A. n. 77 c)* *Aliud brachium dextrum feminium*, itidem cavum, meliusque conservatum, cujus lacertus solus habet 9 1/2. Aes.

552. *(Ser. 3. Cat. A. n. 239)* COLVMNA; cava, ornata figuris caelatis trium virorum, qui manus veluti quicquam gestantes super caput attollunt, et quorum pedes in pisces desinunt. Habetur pro pede arae. Aes, 19 3/8 alt.

(Apud Montefalc. T. I. t. 109. n. I. tres Gratiae caelatae cernuntur in columnae dorso.)

553, (*Ser. 3. Cat. A. n. 319)* HERCVLES, ablatis Hesperidum pomis quiescens. Farnesiano perquam similis. Op. prob. Aes, 20 1/4 alt. In b. simul fusa, 1 alt. 8 1/3 long. 7 1/2 lat.

554. (*Ser. 4. Cat. A. n. 899*) GLADIATOR, galeatus, per omnia simillimus ei, quem descripsimus n. 508. Aes, 4 1/8 alt. In b. lign.

555. *(Ser. 4. Cat. A. n. 187)* LVPA, pedibus posterioribus sedens, uno priore videtur nonnihil oblique pressura, Aes, 3 7/8 long. 2 7/8 alt. In b. lign.

556. *(Ser. 4. Cat. A. n. 918)* TAVRVS, magnis palearibus, cauda in tergum reflexa, gradiens. Est, qui Apim dicere velit. Aes, 3 alt. 3 3/8 long. In b. lign.

557. (Ser. 4. Cat. A. n. 132) IDOLVM, (in quo nonnulli *Canopum* cernunt,) facie minime singulari; pileum in capite gestans, qui in tubum calathumve

forma-

formatūs ſurgit. Pro corpore, herma brevis et lata ei data. Aes, 3 1/3 alt. In b. aen. cava, 1 1/6 alt. 1 1/7 long. 1 1/2 lat.

558) (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 79) SACERDOS ETRVSCVS, absque barba, capillis circumcirca pexis, toga veſtitus, brachio ſ. penitus obvoluto, dextra pateram tenet. Op. ant, et haud dubie Etruſc. Aes, 4 1/4 alt. In b. aen. cava, rot. 1 1/4 alt.

559. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 145) APOLLO, capillis circa caput cirratis, et ad cervicem in nodum collectis, unde tres cincinni dependent, pallio ex humero d. oblique pendente, et brachium ſin circumvolvente, d. pateram tenet, ſ. citharam. Op. vix prob. Aes, 4 1/3 alt. In b. aen. rot. 5/8 alt. 2 ampla.

560. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 7) MERCVRIVS, absque petaſo, ſed chlamydatus, d. crumenam ferens, ſ. quid tenuerit, incertum eſt. Chlamys brevior in d. humero nexa eſt ita, ut brachium d. nudum ſit, ſ. involutum: alae nuspiam apparent. Op. ant. et prob. Aes, 4 3/4 alt. In lamella aen. quadrata et duplici, quarum ſuperior ſimul fuſa.

561. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 108) MINERVA, galea longiori tecta, tunica induta duplici, interiore ad pedes defluente, altera citra genua deſinente, cincta ſub pectore, et manu d. pateram tanens. Thoracis loco in utroque humero pendet lamella rot. et oblonga, quae tam in pectore, quam in tergo ad cingulum pertinet, ibique conſtringitur. Aes, 3 3/8 alt. In b. aen. rot. et ant.

562. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 73) VENVS, capite paullum demiſſo, manu d. pectus, ſ. pubem tegens. Aes, 4 7/8 alt. In lamina rot. 3/8 alt.

563. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 202) VENVS, vel NYMPHA eadem, quam ſupra n. 476. indicavimus, Op. ant. Aes, 3 3/8 alt. In laminis nonnullis rotundis, infixisque b. aen. quadrilaterae.

564. (*Ser.* 4. *Cat. A. n* 203) VENVS, ex balneo rediens, veſtemque ſibi injiciens, corpore dextrorſum retro inclinato, et capite eodem converſo, quaſi pone aliquem deſpiciat. Medio in capite per verticem luna, ſeu tutulus. Op. bon. nec tamen *Fauſtinae* ſimile. Aes, 4 1/2 alt. In b. lign.

565.

565. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 462) CALLIOPE, Musa, cultu capillorum graeco, tunica muliebri, h. e. longa et ad pedes defluente, induta ita, ut, pectore nudo, duas tunicae lacinias globulus s. fibula in humero d. constringat: manu d. volumen tenet, s. saxo nitens, in quo sedet: pedi sin. subjectum habet librum formae quaternariae cum clausuris. Aes, 5 $\frac{7}{12}$ alt. 3 $\frac{7}{12}$ long.

566. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 373) CLEOPATRA, crinibus in cervice collectis, unde duo in tergo cincinni dependent, item luna s. tutulo ornatis, utraque manu serpentem tenens, circa dext. ejus brachium se volventem, et mammam dext. vehementer admordentem. Op. ant. et prob. Aes, 4 alt. In b. lign.

567. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 436) MINERVA, sedens, sed sella jam deficiente, cum galea, quam ornat crista ingens et in tergo dependens. Induta est duplici tunica, et palla, cujus lacinia ex humero d. in pectus demisit; cincta etiam sub pectore, nec tamen loricata, etiamsi Medusae caput alatum in pectore habeat. Manu d. pateram tenet: hasta in sin. jam periit. Aes, 6 alt. In b lign.

568. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 531) SATVRNVS, vel ut non nemo mavult, Neptunus, vel Iupiter, manum d. a cubito attollens, qua falcem tenuisse oportet, si est Saturnus; s. femori sin. applicans. Op. ant. Aes, 3 1/2 alt. In b. lign.

596. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 363) IVPITER, statu fere eo, quo alium exhibuit Montefalc. T. I. t. 9. n. 9. capillis rectapexis, quorum quasi sulcos vetustas delevit, barba plena, nudus, stat, manu d. demissa tenet sceptrum brevius, s. a cubito paullulum allevata, et digitis compressis. Sunt, qui *Vulcanum* vel *Neptunum* esse putent. Op. ant. Aes, 3 $\frac{1}{8}$ alt In b. lign.

570. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 943) VIR INCOGNITVS, barbatus, cujus crines diademate quasi serto redimiti sunt: pallio, ex humero sin. pendente, leviter vestitus, manu d. in latus nititur, s. explicata, et paullum cavata, quasi aliquid tenens, aut accepturus. Aes, 4 alt. In b. quadrata, $\frac{7}{12}$ alt.

571. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 396) HERCVLES, manu d. pone in tergum rejecta, clavam s. tenet, terrae fultam

tam, Circa brachium d, ſuperius voluta eſt pellis, in tergo dependens. Op. prob. Aes, 4 ⅛ alt. In lamella ſimul fuſa.

572. (*Ser*4. *Cat. A. n.* 939) IDEM, adoleſcens, vel potius puer imberbis, et coronatus, faſciis aut lemniſcis in humeros dependentibus. Humero ſ. injecta pellis brachium et latus tegit: manum d. extendit, clavam breviorem ſ. tenet. Op. ant. Aes, 4 alt. In b. lign. deaurata,

573. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 940) IDEM, barbatus, ſtatu tamen priori non d ſſimilis. Pellis ex humero ſ. deſcendens, brachium latusque tegit. *B*rachium d. extendit, manu ſ. clavam longam, terrae fixam, tenet. Op. ant. Aes, 4 alt. In b. lign.

574. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 395) IDEM, adoleſcens, myſiace duntaxat barbatus, pellem vel exuens, vel ſibi injiciens. Pellis leonina, cujus caput capiti ipſius impoſitum, in tergo ad terram usque dependens, latera velat. Manu ſ. aurem capitis leonini, d. pedem prehenſum tenet. Eſt, qui Herculem credere nolit. Op. prob. Aes, 4 1/4 alt. In b. lign.

575. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 905) CENTAVRVS, currens, pedibus primoribus ſublatis, manu d. in corpus equinum demiſſa clavam, ſ. clypeum allevatum tenet. Qua parte conjunctio eſt equini et humani corporis, ſertum laureum ambit. Op. ant. Aes, 3 3/4 alt. 2 3/4 long. Pedes poſteriores et cauda in lamella ſimul fuſa, infixaque b. lign.

576. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 193) MILES ETRVSCVS, humi prolapſus, genu ſin. nititur. Habet galeam auritam ornatamque criſta perlonga; item loricam ad umbilicum fere finitam: unde tunica prodit, pubem totam vix tegens. Gladio armatus eſt lato et recto, qui cingulo ex humero d. ſuſpenſo pendet. Aes, 3 1/4 alt. 3 7/8 long. In lamella ſimul fuſa, infixaque b. lign.

577. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 651) EQVES DACVS, ex equo prolapſo ipſe caſurus, capite nudo, et barbatus. Praeter tunicam ſuccinctam, pallium geſtat brevius; anaxyridem ſeu braccam, ad malleolos pedum usque pertingentem, calceos undique clauſos. Clypeus eſt magnus, quem manu ſ. alte ſuſtulit. In equo nihil,

nihil, praeter fraenum et ephippium. Op. ant. prob. et ex una saltem parte elaboratum. Aes, 5 1/4 alt. 4 1/8 long. In b. lign.

578. (*Ser.* 4 C *at.* A. *n.* 866) PVER, vel adolescentulus, lorica, et pallio vel paludamento vestitus, manu d. instrumentum incognitum tenet, s. quasdam aediculas. Aes, 4 2/3 alt. In lamella rot. simul fusa.

579. (*Ser.* 4. *Cat.* A *n.* 448) VIRGO VESTALIS, vel SACERDOS alia, tunica ad pedes imos pertingente velata, manu d. a cubito nuda extensaque fert pateram. Op. vet. Aes, 3 1/4 alt. In b. lign.

580. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 590) SACERDOS AEGYTIVS, sedens, et utraque manu volumen evolutum, genibusque impositum tenens. Op. perantiq. Aes, 5 1/12 alt. In b. aen quadrata, simul fusa infixaque lign.

(Similem figuram exhibet Montefalc. T. II. t. 140. n. 4)

581. *Ser.* 4. *Cat.* A. *n.* 575) ISIS, capillis vel laevius pexis, vel vitta sic tectis, ut hujus laciniae infra humeros dependeant, eademque ratione in tergo; barba solita insignis, atque penitus involuta, ut non nisi manus decussatim positae emineant, et symbola usitata teneant. Sub iis cernuntur signa hieroglyphica, et pauca alia rariora. Aes, 4 1/3 alt. In b. lign.

582. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 682) IDOLVM AEGYPTIACVM, capite nudo, nec nisi loro tenui redimito, auribus asininis, et indusio plicis pleno velatum. Snb pectore exit in Hermam hieroglyphicis figuris plenam, et brachiorum loco habet ipsorum quasi truncos. Aes, 3 1/8 alt.

583. (*Ser* 4. *Cat.* A. *n.* 912) ISIS alia, cum globo, cornibus, calatho et accipitre in capite, et capillitio vel tegumento solito, sine burba, et brachiis. Op. ant. Aes, 4 alt.

584. (*Ser.* 4 *Cat.* A *n.* 949) ADOLESCENTVLVS, alte in trunco arboris sedens, et manu d. pedem sin. attrahens, s. vero nonnihil tenens, pectori admotum. Aes, 5 1/4 alt.

595. (*Ser.* 5. *Cat.* A. *n.* 122) NEPTVNVS, dextra sublata tridentem tenens, stat in pedibus primoribus duorum

duorum equorum marinorum alatorum, qui nare videntur, piſcesque ſuos alte ſublatos conjungunt, ut Neptuno quaſi munimentum praebeant, ut ſeſe acclinare, et firmius ſtare poſſit. Aes, 14 1/2 alt. 11 1/3 lat.

(Similem fere exhibet Monteſalc. T. I. Supplem. t. 25)

586. (*Ser.* 6. *Cat. A. n.* 756(NVCLEVS, naturali magnitudine. Op. vet. Aes, 1 1/4 alt. 11 1/2 lin. long.

587. (*Ser.* 6. *Cat.* A. n. 489) MVTINVS, alatus, cum annulo inter alas, ut ſuſpenderetur. Ex adverſa teſticulorum parte ſunt alii minores. Op. vet. Aes, 4 1/3 long. 2 1/12 alt.

588. (*Ser.* 6. *Cat.* A *n.* 490) PHALLVS, ſ. *mutinus alius*, quaſi animal currens duobus pedibus et caudatum, cum annulo, ut ſuſpendi poſſet. Aes, 4 1/12 long. 2 1/2 alt.

589. (*Ser.* 6. *Cat.* A. *n.* 204) RANA, intus cava. os quam latiſſime aperiens. Aes, 2 1/12 alt. 4 1/12 lat. 33/8 long.

590. (*Ser.* 6 *Cat.* A. *n.* 643) SILENI pedes et corpus fere pectore tenus. Omnia juſto pinguiora. et intus cava. Op. ant. Aes, 4 1/2 alt.

591. (*Ser.* 6. *Cat.* A. *n.* 585) SACERDOS AEGYPTIVS, talis fere, qualis aliquoties jam adfuit. Ejus pileus eſt depreſſus et planus: tum habet ſ. barbam, ſ. perſeam: laevam porrigens, dextram demittit. Op. ant. Aes, 2 1/12 alt. In b. lign. Fuit, qui *Oſiridem* eſſe crederet.

592. (*Ser.* 6. *Cat.* A. *n.* 487) Signum *viri Senis* ſtantis, capite calvo, oculis clauſis, quaſi dormiret, ſine barba cet. Indutus eſt pallio undique clauſo, ſed ita ſublato, ut umbilico tenus nudus cernatur: in tergo pallium characteribus eſt notatum. Fuit, qui falſo *Priapum* exiſtimaret. Aes, 3 1/4 alt. In lamella aen. et b. lign.

593. (*Ser.* 6. *Cat.* A. *n.* 113) PRIAPVS, barbatus et capillatus, indutus tunica talari, quae anterius non dfluit, ſed ab ejus pene erecto ſuſtinetur ita, ut in ejus ſinu fructus ferat. Manum utramque re neſcio qua niti videtur. Opus antiquiſſ. videtur. Aes. 5 1/12 alt. In lamina fere quadrata ſimul fuſa, infixaque b. lign.

(Similem dat Caylus T. II. t. 45. n. 3.)

594.

594. (*Ser.* 6. *Cat.* A. *n.* 368) IVPITER, nudus, quem capilli, barba et facies ipſa indicant. Dextra porrecta pateram tenens, ſ. haſtam haud dubie tenuit. Aes, 2 2/3 alt. In b. lign.

595. (*Ser.* 6. *Cat.* A. *n.* 357) MERCVRIVS, in petaſo, et utroque pede binas alas habens, manu d tenet crumenam, ſ. paullo curvatam porrigit, chlamyde humero ſin. injecta. Op. antiquiſſ. Aes, 2 7/12 alt. In b. lign.

596. (*Ser.* 6. *Cat.* A. *n.* 598) VIR nudus et barbatus, in cippo ſeu vaſe rotundo et ſuperne paullo ampliori ſedens, d. caput ſibi ſcabit, ſ. nititur ſcuto brevi oblongo. Aes, 2 3/8 alt. In lamella ſimul fuſa, infixaque b. lign.

597. (*Ser.* 6. *Cat.* A. *n.* 401 *a*) ATHLETA ETRVSCVS, cujus galeam, vel capillos non agnoſcas, in fronte ſurgit quidam quaſi cuneus brevis; dextra ſublata clavam tenet, mantili ſeu alio panno e brachio ſin. dependente. Op. ant. Aes, 2 7/8 alt. In b. lign.

598. (*Ser.* 6. *Cat.* A. *n.* 401 *b*) HERCVLES, adoleſcentulus, d. in latus nitens, lacerto ſin. pellem leoninam pendentem geſtans. Aes, 3 1/2 alt.

599. (*Ser.* 6. *Cat.* A. *n.* 401 *c*) PVER, gradiens, d. alte porrecta nonnihil tenet, ſin. a cubito porrigit, et palmam aperit. Aes, 3 7/8 alt. In lamella longa, auguſta, et media cochleatim perforata.

600. (*Ser.* 6. *Cat.* A. *n.* 401 *d*) IMPERATOR quiſpiam Romanus, praeter loricam, paludamento ad terram usque defluente, et caligis veſtitus, dextrorſum ſpectans, d. nonnihil tenet, ſ. femori imponit. Aes, 4 3/8 alt. In lamella aen. rot. et. b. lign.

609. (*Ser.* 6. *Cat.* A. *n.* 533) VIR IGNOTVS, non admodum juvenis, fronde duplici ac floribus coronatus, manu ſ. florem capitis poſtremum tangit, d. demiſſa diſcum tenet. In tergo pars carnis diſſecta et inde eminens videtur. Aes, 9 1/12 alt. In b. aen. cava et rot.

(P. R. Froelich *Hyacinthum* eſſe cenſuit)

602.

602. (Ser. 6. Cat. A. *n.* 901) APOLLO, facie quidem non ſatis digna, capillis propemodum Aethiopicis, pallio veſtitus, quod humero d. nexum, et pectus transiens brachium ſin. obvolvit, manus d. palmen admovet coxendici, ſ. baculo nititur. Statu placide ac tarde euntis. Aes, 10 1/2 alt. In lamella rot, oblonga.

603. (*Ser.* 6. *Cat.* A. *n.* 391) BACCHVS, pampinis coronatus, et pellem ferinam ex humero dextro trans pectus indutus, cubito d. nixus trunco arboris, uvam manu tenet, ſiniſtra lateri impoſita. Aes, 8 5/6 alt. In lamella rot. valde craſſa, infixaque b. lign.

(*Herculés* exiſtimatus eſt, ſed pellis non eſt leonis, verum alius ferae, forte tigridis)

604. (*Ser.* 6. *Cat.* A. *n.* 261) VENVS, nuda, ſtans prope Delphinum, (qui piſcem attollit, et hujus gyris unum Cupidinis pedem circumvolvit;) manum d. caudae piſcis impoſuit, ſ. pectori ſuo: femora ſunt juncta, crus tamen ſin. paullulum recedit. Folium pampineum tegit pubem. Aes, 10 1/2 alt. In lamella ovali, adglutinata diſco aen. 9 amplo.

SCRINIVM QVINTVM.

605. (*Cat. B. n.* 136) LVPA, Romulum et Remum lactans. Alabaſtrites, 2 1/3 alt. 2 7/8 long. In b. ex eodem lapidis fragm. 1 1/4 lat.

606. (*Cat. B. n.* 135 *a*) LYNX, poſterioribus pedibus cubans, os attollit, vini excipiendi cauſſa. Op. optim. Marm. alb. 7 alt. 7 5/8 long.

607. (*Cat. B. n.* 134) SERPENS, gyris aliquot circum arborem, ramis amputatis, ſe attollens. Marm. alb. 10 1/2 alt. In b. lign.

608. (*Cat. B. n.* 302) SAMSON, ex aſini maxilla bibens, barba denſa, et denſiori ſimulque praelonga coma, tunica veſtitus et praecinctus, pallioque ex manu ſ. in latus nixa, dependente. Caligatus ad mediam usque ſuram. Marm. alb. 1. ped 2 7/12 d. alt. In ejusdem marmoris fragmento.

609.

609. (*Cat. B. n.* 104) ISIS, facie, barba et capillorum calyptra solita, tota fasciis involuta. Olim picta fuit. Lignum spongiosum et pondere leviſſimo, 13 7/8 alt. In b. cum clavo, ex eodem ligno, ut alia in b. firmari possit.

610. (*Cat. B. n.* 115) EADEM, eodem capitis cultu, fasciis circumvoluta, unde ambo lacerti tunicati et decussatim locati prodeunt, manusque symbola usitata tenent. Ceterum in hoc signo multa singularia et characteres cernuntur. Marm. alb. 10 1/4 alt.

511. (*Cat. B. n.* 99) CANOPVS, imberbis, sed capite cultuque Isidis: medium ambit fascia fimbriata: in spatio anteriore vacuo excisa est ara, in cujus ora utrimque stat avis incognita. Alabastr. orient. 5 5/8 alt. 3 2/3 lat. 2 1/4 crass. In b. rotunda ex Achate, 1 1/6 alt. et 3 1/2 ampl.

612. (*Cat. B. n.* 50) ISIS, solito capitis cultu, fasciis involuta, et anterius lineis circulisque signata. Marm. canum, sed colore viridi infectum. In b. lign.

613. (*Cat. B. n.* 210) TELESPHORVS, adolescens, pallio solito, quod caput cucullo, et omnia velat, tectus, nisi quod hoc ad terram usque defluit, et amplius sit. Marm. alb. 5 alt.

614. (*Cat. B. n.* 116.) CERCOPITHECVS, Idolum Aegyptiacum. Est simiae sceleton, pedibus posterioribus sedens. In occipite verbum obscurum scriptum est. Marm. alb. 2 1/3 alt. In lamina ejusd. fragmenti.

615. (*Cat. B. n.* 123) SATYRVS, cubans, ore diducto, et foede curvato, quasi dolorem sentiat, contractis et decussatim positis pedibus, pisci simillioribus. Marm. alb. sed prae vetustate flavum, 4 1/4 alt.

616. (*Cat. B. n.* 107) IDOLOM INCOGNITVM, capillis, ut videtur derasis, auribus caprinis, cornibusque super oculis, arietinis, et barba ex mento duntaxat promissa. Os est quasi dolentis. Indutum pallio talari, utriusque manus demissae digito indice, eoque porrecto, tenet serpentem, et in utroque brachio exstant inscriptiones. Pedes nonnihil inter se

di-

diſtant. Marm. alb. præ vetuſtate flavum, I. ped. alt. in b. ex eod. fragmento.

617. (*Cat.* B. *n.* 110) IDOLVM MVLIEBRE, niſi *Sacerdos* aliqua ſit. Facies eſt vetulæ, os pæne flentis, capilli nec longi, nec ita multi, pexi dependent, & induta eſt veſte triplici. In medio pectore ſolis figura. In brachio, utroque nudo, d. quidem ſuperiori quinque ſtellæ cernuntur, in modum crucis, ſin. luna corniculans, & barbata. Inter pedes nonnihil diſtantes, ſtat puer in capite: in tergo quaſi tabula cum inſcriptione. Marm. alb. præ vetuſt. flavum. I. ped. alt.

618. (*Cat.* B. *n.* 283.) SERPENTES DVO, pluribus gyris ſeſe amplexi. Marm. nigrum, maculis cineritiis, $7\frac{1}{2}$ alt $12\frac{1}{2}$ lat. $8\frac{7}{8}$ cras.

619. (*Cat.* B. *n.* 188.) VESTALIS, gradiens, capillis ſingulari modo cultis, duplice induta tunica, altera prælonga, ſ. ſtola, ſine manicis, altera breviore, ac præterea pallio, cujus lacinia altera ex humero d. dependet, altera ex lacerto ſin. Marmor alb. $17\frac{5}{12}$ alt. in b. rot. ſimul facta.

620. (*Cat.* B. *n.* 93). MVLIER, Græca, tunica veſtita longa, quæ ſub pectore inchoans ad terram defluit, eique ſuperjectum eſt pallium ita, ut pectus nudum ſit. Siniſtram in latus nititur. Op. ant. & bon. Marmor alb. $20\frac{3}{4}$ alt. In b.

621. (*Super Scrin.* I. *n.* 10. *Cat.* B. *n.* 99 *b*) HERCVLES, caput tectus leonina pelle, in tergo dependente, ut alia tauri devicti excoriatique, ex lacerto ſin. Populus nigra, $25\frac{1}{2}$ alt. in b. ejusd. ligni.

622. (*S. Scrin.* I. *n.* 9. *Cat. B. n.* 99. *c*) C. IVL. CAESAR, laureatus, lorica, paludamento, caligis veſtitus, & gladio cinctus. Manu ſ. demiſſa paludamentum retinet, d. porrigit. Marm. alb. $22\frac{1}{4}$ alt. in b. ej. fragm.

(Eſt, qui *Auguſtum*, nec temere, pronuntiet.)

623. (*S. Scrin.* I. *n.* 11. *Cat.* A. *n.* 524) IVNO, manu d. mammam dext. contrectans, ſ. veſtis convolutæ laciniam tenens. Prope pedem d. ſtat pavo, Deæ, quam diximus, avis: alioquin interpretatio foret dubia. Aes, 13 alt.

624.

624. (*S. Scrin.* I. *n.* 12. *Cat.* A. *n.* 323) VENVS, Cupidinem, arcu & pharetra armatum, & ſagittam extracturum, manu ſ. crinibus prehenſum tenet, & d. fortaſſe ſandalium, quo puerum caſtiget. Reliquus Deæ ornatus inſolitus, nec ea dignus eſt. Aes, 21⅓ alt. In lamina rot. craſſa & ſimul fuſa, quam ſuſtinet b. lign.

625. (*S. Scrin.* I. *n.* 13. *Cat.* A. *n.* 159) VENVS, facie, capillorum cultu, & corporis ſtatu elegantiori, tota nuda, manu d. mammam ſin. contrectans, ſ. pomum cum pediculo foliisque tenens. Sub ea ſtat *Cupido*, pharetram geſtans, ſuſpiciensque, quaſi aliquid a matre petat. Aes, 15⅝ alt. In lamina rot. craſſa, & ſimul fuſa, infixaque b. lign.

626. (*Super Scrin.* II. *n.* 14. *Cat.* A. *n.* 417.) CVPIDO, ſtans, alis expanſis, manu d. ſublata paullulumque expanſa columbam, aliamve rem geſtans, ſ. amiculi, corpus cingentis, laciniam tenens. Aes, 11 alt. In b. rot. ornata, ſimul fuſa, infixaque ligneæ.

627. (*S. Scrin.* II. *n.* 15. *Cat.* A. *n.* 416.) CVPIDO, alis expanſis ſtans, oculos utraque manu ſibi ſiocat. Veſtitus, ut antecedens. Aes, 11 alt.

628. (*S. Scrin.* II. *n.* 16. *Cat.* A. *n.* 985) EQVVS, currens, hinniens, cauda longiſſima Op. bon. & prob. Aes, 8⅔ alt. 8¾ long. In b. lign.

629. (*S. Scrin.* II. *n.* 17. *Cat.* A. *n.* 984) ALIVS, currens, capite ſiniſtrorſum verſo, cauda rigide prominente. Op. prob. Aes, 7 alt 10 long. In b. ling.

630. (*S. Scrin.* II. *n.* 18. *Cat.* A. *n.* 426) PVER, nudus, tibia canens, quam ſin. tenet, dextra tympanum, noſtris ſimile, pulſans. Aes, 10 alt. In lamella rot. ſimul fuſa, infixaque b. lign.

631. (*S. Scrin.* II. *n.* 19. *Cat.* A. *n.* 425.) PVER alius, nudus, crotala, vel quicquam aliud, utraque manu tenens & propius contemplans. Aes, 10 alt. In lamella & b. priori ſimili.

157. (*ibid. Cat.* B. *n.* 277) *Simiae* caput, in fronte characteribus notatum, infra planum, ut ſtatui poſſit. Marmor alb. mollius, 3 1/8 alt. 1 5/8 craſſ. 2 1/4 lat.

158. (*ibid. Cat.* B. *n.* 60) Imago HERCVLIS, pelle leonina veſtiti, cujus caput ſuo impoſuit. Op. antiq. Marm. alb. 8 1/2 alt. In ſimili b. rot.

159. (*ibid.* Cat. B. *n.* 51) Imago TIBERII paludati, ſed non laureati. Op. bon. et ant. Marm. alb. 9 1/2 alt.

160. (*ibid. Cat.* B. *n.* 57) Imago CALIGVLAE paludati, nec laureati. Op. ant. et bon. Marm. alb. 9 1/8 alt.

161. (*ibid.* Cat. B. *n.* 56) Imago NERVAE (ut multis videtur) loricati, ſed non laureati: cujus naſus et alia faciunt, ut alii dubitent. Op. ant. Marm. alb. 9 1/2 alt.

162.

162. (*ibid. Cat.* B. *n.* 50) Imago DOMITIANI, vel, quod nonnemini verisimilius videtur, TITI VESPASIANI, laureati et paludati. Caput ex marm. albo; pectus itidem, sed sparso maculis subnigris. 7 ½ alt. In b. rot. ex marm. alb.

163. (*ibid. Cat.* B. *n.* 50) Imago *Fauni pueri*, pampinis et uvis caput ornati. Pectus oblique transit lorum, quo pellem aptatam gestat. Ex lapide terra illito, marmoris subflavi speciem habente, 6½ alt. In b. lign.

164. (*ibid. Cat.* B. *n.* 291) Imago C. MARII, loricati, paludamento ex humero sin. pendente. Tota ex uno fragmine marm. alb. 14⅝ alt. 14⅛ lat. In b. lign. rot.

165. (*ibid. Cat. B. n.* 292 *a*) Imago DRVSI MAIORIS, Tiberii fratris, paludati. Caput ex marm. albo: pectus ex subcandido maculis rubris. 15 ⅞ alt. 14 ¼ lat. In b. lign.

166. (*ibid. Cat. B n.* 292 *b*) *Feminae incognitae* imago. Caput ex marm. albo 8 $\frac{7}{12}$ alt. optime factum, et op. Gr. esse videtur. Quin est, qui *Dianae*, aut *Musae* alicujus faciem credat. Pectus et reliqua artifex recentior addidisse putatur. Id est 9 $\frac{1}{12}$ alt. ex ligno illito ita, ut marm. alb. speciem habeat.

167. (*Ibid. Cat. B. n.* 40) FAVSTINAE MAIORIS caput, capillorum cultu parum a solito discrepante, quod statuae, aut certe pectori impositum fuisse videtur. Op. ant. bon. et eleg. Marm. album 1 $\frac{5}{12}$ alt. In b. magna marm. alb.

168. (*ibid. Cat. B. n.* 43) *Pueruli* caput, sursum flexum, oculis clausis. Capilli lineis saltem incisis et colorati indicati. Pectus in basin transit. Op. ant. marm. alb. nec mutato colore, 9 *s/2* alt.

169. (*ibid. Cat. B. n.* 44) *Pueruli*, os aperientis, caput. Initium pectoris basi est. Op. valde bon. Marm. alb. colore nonnihil mutato, 9 3/4 alt.

170. (*ibid. Cat. B. n.* 298) Caput SENECAE morientis, sine barba et capillis. Op. omnium, quotquot Museum continet, praestantissimum, in quo tempora,

pora, oculi, genae, os, omnia moribundum indicant. Marm. ſubrubicundum, maculis albis ſparſum, 11 $\frac{1}{2}$ alt.

171. *ibid.* Cat. *B. n.* 38 *a*) Imago MINERVAE, galeatae et paludatae, ſed ita, ut mamma ſin. nuda conſpiciatur. Galea eſt criſta, et caelatis ſignis duorum ſenum, nudorum et cubantium, ornata; ſub eaque capilli longiuſculi et ſoluti ex humero ſin. propendent. Facies eſt longe optima: alia contra morem ſolitum. Marm. perquam album, 12 5/12 alt.

172. (*ibid.* Cat. *B. n.* 38 *b*) Imago AVGVSTI, non laureati, ſed tantum palliati. In tergo ſub capite legitur ΣIMΩN ΛETKOΣ O ENETOΣ, nomen vel artificis, vel peſſeſſoris. Op. novum, ſed ex optimis unum. Marm. alb. 17 1/3 alt.

173. (*ibid* Cat. *B. n.* 41) Imago CLEOPATRAE, aſpidis morſu exſpirantis, ex marmore albo, 17 2/3 alt Varia ſunt indicio, opus hoc non ſpernendum eſſe novum; in primis doloris ſenſus in capite expreſſus, quem veteres artifices ei non tribuerunt. In b. lign. eleganter elaborata et aurata.

174. (*ibid.* Cat. *B. n.* 917) Imago *Viri incogniti*, caput ſiniſtrorſum vertentis, et quicquam contemtim ſpectantis. Capillorum brevlorum cirri aliquot in fronte prominent; ſupercilia in naſo coeunt; barba nulla. Imago ex aere; lotica et pallium ex ligno deaurato. 12 1/8 alt. In b. lign. itidem aurata.

SCRINIVM SEXTVM.

175. (*Cat. A. n.* 775 *c*) Imago *Viri incogniti*, quem myſtax, capillorum et veſtimenti ratio docent, recentiori aetate vixiſſe. Aes, 3 1/4 alt.

176. (*Cat* A. *n.* 775 *d*) Imago *Feminae incognitae*, capillis partim criſpatis, partim in cirrum pexis, Aes, 4 alt. In b. lign.

SCRINIVM SEPTIMVM.

177. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 459) MINERVAE caput, galea criſtata tectum, ſub qua cincinni circumcirca prodeunt, facie formoſa. Op. bon. Aes, 3 1/2 alt. In b. lign.

178.

178. (*Ser.* 2. *Cat. A. n.* 614) FAVNI caput, capillis hirſutis, barba acuminata, auribus aſininis, ore aperto duaſi ridens. Aes, 2 7/8 alt. In b. lign.

179. (*Ser.* 2 *Cat. A. n.* 615) Solis imago (qualis ſupra, n. 67) capillis circa caput in modum ſerti cincinnatis, facie plena et pulcra, pectore nudo. Aes, 3 alt. In b. lign.

180. (*Ser.* 3. *Cat.* A. *n.* 869) L. AELII VERI imago: caput ex aere, pectus paludatum ex lign. aurato. 4 1/2 alt. In b. lign. quae infra deſcribetur.

181. (*Ser.* 3. *Cat. A. n.* 872) HERCVLIS caput antiquum. Aes, 1 7/8 alt.

182. (*Ser.* 3. *Cat. A. n.* 888) HYACINTHI imago, quae eſſe judicatur ex corona, qua redimitus eſt. Aes, 2 1/8 alt. In b. lign.

183. (*Ser.* 4. *Cat. A. n.* 615) Imago Solis, eive dicata, quinque radiis e capite emicantibus: (quales ſupra n. 67 et 179). Aes, 3 1/4 alt. In b. lign.

184. (*Ser* 4. *Cat. A. n.* 933) Caput CLAVDII, non laureatum. Op. bon. Aes, 6 1/3 alt.

185 (*Ser.* 3. *Cat. A. n.* 947) *Pueri ignoti* caput, ſine collo, et oculorum loco formamina. Aes, 5 1/4 alt. 5 1/8 craſſ.

186. (*Ser.* 3. *Cat. A n.* 152) BACCHAE caput, ramo corymbifero cinctum. Aes, 1 3/4 alt. In b. lign.

187 (*Ser.* 3. *Cat. A. n.* 90) XENOCRATIS imago, barba in cirros poxa, non niſi malas et mentum tegentes. Aes, 1 5/8 alt. In b. lign.

188. (*Ser.* 4 *Cat. A. n.* 632) C. IVLII CAESARIS imago. Paludamentum fibula in humero dextr. affixum. Aes, 2 5/8 alt. In b. lign.

189. (Ser. 4. Cat. A. n. 611) BACCHANTIS, hedera redimiti, imago. Op ant. et bon. Aes, 2 7/8 alt. In b frondibus caelotis ornata.

190. (*Ser.* 5. *Cat. A. n.* 867) LIVIAE AVGVSTAE, velatae, imago. Aes, 2 7/8 alt. In b. lign.

191 (*Ser.* 4. *Cat. A n.* 903) *Laroa*, ore magnopere diducto, et oculorum orbe inciſo. Aes, 2 alt. et lat.

192. (*Ser.* 5. *Cat* A. *n.* 906) *Apis*, tauri, caput anſatum ad ſuſpendendum. Aes, 2 alt. 1 5/8 lat.

193.

193. (*Ser. 5. Cat. A. n.* 907) *Tauri* alius caput. Aes, 1 $\frac{3}{4}$ alt. et lat

194. (*Ser. 6. Cat. A. n.* 628) *Viri ignoti*, pileati et barbati, caput. Collum non minus, quam barba, longiuſculum et acuminatum eſt: aures caprinae videntur. Aes, 1 $\frac{5}{6}$ alt.

195. (*Ser. 6. Cat. A. n.* 665) *Capitis bovini* dimidiati ſceleton. Aes, 1 1/2 alt.

196. (*Ser. 6. Cat. A. n.* 666) *Vaccae* caput cavum: cornua brevia et rotunda, inter quae luna corniculans. Op. ant. Aes, 1 5/12 alt.

197. (*Ser. 6. Cat. A. n.* 227) *Arietis* caput excavatum. Aes, 1 5/12 alt. 1 $\frac{1}{8}$ lat.

198. (*Ser. 6. Cat. A. n.* 677) *Leo*, quatuor pedibus cubans, prioribus inante poſitis. In tergo annulus adſuſpendendum. Aes, $\frac{5}{6}$ alt. 1 $\frac{1}{4}$ long.

199 (*Ser. 6 Cat. A. n.* 684) *Gallina*, ovis quaſi incubans. Aes, 1 2/3 alt. 1 $\frac{5}{8}$ long.

200. (*Ser. 6. Cat. A. n.* 617) BACCHI, ut putatur, diademate vincti caput; vultu laeto, et capillis ſubdiademate in frontem labentibus. Aes, 7 5/12 alt.

201. (*Ser. inf. Cat. A. n.* 926 *a*) *Iuvenis incogniti* caput, capillis criſpis et forma elaguntì: fortaſſe *Adonidis* eſſe debet. Stannum, 7 1/2 alt.

202. (*Ser. inf. Cat. A. n.* 926 *b*) *Pueruli infantis* imago. Stannum, 7 alt.

203. (*Ser. inf. Cat. A. n.* 926 *c*) Caput *Fauninum* calvum et verrucoſum, ore contorto, barbae nihil, praeter myſtacem. Aes, 3 alt.

204. (*Ser. inf. Cat. A. n.* 633) *Caeſaris alicujus laureati* imago, quae ſine cauſſa *Othonis* editur. Aes, 3 1/4 alt. In b. aen.

205. (*Ser. inf. Cat. A. n.* 619) *Caput muliebre* perpulcrum, et magnifico capillorum cultu, dextrorſum verſum. Aes, 4 1/3 alt. In b. lign.

(Simillimum exhibet Montefalc. T. III. Suppl. t. 15)

206. (*Ser. inf. Cat. A. n.* 620) *Caput muliebre aliud*, paullum ſiniſtrorſum verſum, eodem fere, quo antecedens, capillorum cultu, niſi quod in occipite ſub panno teguntur. Aes, 4 $\frac{1}{8}$ alt.

207.

207. (*Ser. inf.* Cat. *A. n.* 953) *Idem caput*, quod n. 211. ſed minus diligenter factum. Muſae caput dicitur, Aes, 4 1/12 alt.

208 (*Ser. inf. Cat. A. n.* 948) *Pueruli* imago, non ſatis integra. Aes, 4 ½ alt.

SCRINIVM OCTAVVM.

209. (*Loco ſupr.* Cat. B. *n.* —) *XII Caeſarum priorum* imagines parum iconicae: capita ex Achate; pectora paludata ex Alabaſtrite: laurus ex aere ligno ve aurato. Singulae fere 5 ⅝ alt. In baſ. ex aurichalco, praeter unam lign. aurat.

210. (*Loc. eod.* Cat. B. *n.* 74 *b*) VITELLII } imagines
211. (*Loc. eod. Cat.* B. *n.* 74 *c*) OTHONIS } eodem modo factae. Laurea in utriusque capite hodie deſideratur.

212. (*Loc. inf.* Cat. *A. n.* 33 *bb*) Caput *Fauni* barbati, ita rejectum, ut caelum contra intueatur. Aes, in herma, 2 ⅝ alt.

SVPER SCRINIIS.

213. (*Sup. I. n.* 1 —8. Cat. A. *n.* 641 *a—h*) Imagines 1) AVGVSTI, 2) CALIGVLAE, 3) CLAVDII, 4) NERONIS, 5) GALBAE, 6) OTHONIS, 7) VITELLII, 8) TITI. Omnes laureati et paludati eodem fere modo. Aes, nullo colore oblito. Singuli una cum b. ex eadem materia facta, 1 pedi alti ſunt.

214 (*Sup. I. n.* 13 *b.* Cat. *B. n.* 64) Imago OTHONIS, non admodum ſimilis. Caput non laureatum ex alabaſtrite: pectus paludatum ex marm. albo. 7 1/12 alt. In b. marm. alb. et rot. ſed alio ex fragmine.

215. (*Sup. II. n* 22 Cat. B. *n.* 46) Imago AVGVSTI ſenis, laureati, et loricati, et paludati. Caput ex alabaſtrite: pectus ex marm. ſubcandido variis maculis ſparſo. 11 ½ alt. In b. rot. marm alb.
(Similis exſtat in Lippert. l. c. II 589.)

216. (*Sup. II. n* 23. Cat. B *n.* 47) Imago NERONIS, laureati et paludati. Caput ex alabaſtrite: pectus

ex

ex marmore eodem, quo num. anteced. 11 alt. In b. qualis eſt num. anteced.

217. (*Sup. II. n.* 24. *Cat.* B. *n.* 47 *b*) Imago LVCILLAE AVG. ſimilis fere ei, quam dedit Lippert. l. c. ll. 771 et 774. Caput antiquum eſt: pectus et baſis, quae ex eodem fragmine, opus novum. Marm. alb. 18$\frac{3}{4}$ alt.

218 (*Sup III. n.* 32 *a. Cat. A. n.*00) Imago SATVRNI, caput ſiniſtrorſum vertentis, barba quaſi volante. Ex humero ſin. pallium oblique trans pectus deſcendit. Terra limoſa, 17$\frac{3}{8}$ alt. 14 $\frac{7}{8}$ lat.

219. (*Sub. III. n.* 32 *b* *Cat.* B. *n.* 59) Imago TIBERII, non laureati et p ludati: quin contra conſuetudinem barbati. Ex alabaſtr. tribus fragminibus, 6 11/12 alt.

220. (*Sup. IIII. n.* 34. *Cat.* B. *n.* 00) Imago incognita *Viri principis* laureati, et lorica ſquamea et paludamento induti. Eſt, qui *Iosephi* I imaginem eſſe exiſtimet Lapis alb. nigro colore inductus, 22 $\frac{1}{2}$ alt. 17 $\frac{5}{8}$ lat.

221. (*Sup. IIII. n.* 35. *Cat.* B. *n.* 297) Imago BACCHI, caput dextrorſum inclinantis, et fronde coronati. Pectus totum chlamyde non tectum. Marm alb. 10 alt. In b. rot. ex marm. albo.

222. (*Sup. V. n.* 45. *Cat.* B. *n.* 66) Imago incognita *Regis antiqui*, diademate inſignis, et palliati. Crines criſpati, multumque in frontem procurrentes: oculi valde profundi. Fortaſſis *Ptolemaeorum* unus. Terra deaurata, 16 7/12 alt.

223. (*Sup. VII. n.* 68. *Cat. A. n.* 99) Imago HERCVLIS, fronde coronati et palliati. Caput egregium. Marm. alb. ſed hodie fuſcum, 19 $\frac{3}{4}$ alt. quod infra in baſin. acciſum.

224. *Sup. VII. n.* 69. *Cat.* B. *n.* 295) Imago GALBAE, laureati et paludati. Caput ex marm. albo, pectus e vario, ſeu potius maculoſo. 10 $\frac{1}{2}$ alt. In b. rot. ex marm. alb.

225. (*Sup. VII. n.* 71. *Cat.* B. *n.* 79) Imago incognita

Viri juvenis, galeati et paludati: galea eſt criſtata: caput ex rubro marmore; pectus ex alabaſtrite orientali: baſis elegans quadrata, ex laſpide Bohemica viridi ſubnigris maculis, 8 $\frac{2}{3}$ alt.

226. (*Sup. VIII. n.* 72. *Cat. B. n.* 80) Imago antecedenti ſimillima, et forma, et materia, et opere. 9 1/4 alt.

227. (*Inter Scrin. II et III. n.* 88. *Cat. B. n.* 76) *Imago Farneſii* (qui non verę Dux Mediolanenſis uſurpatur) loricati et paludati. Caput ex aere; pectus ex alabaſtrite orientali; baſis perelegans ex marmore nigro. 8 $\frac{11}{12}$ alt. 8 $\frac{7}{8}$ lat.

228 (*ibid. n.* 106 — — — —) *Caput* VITELLII, ex gypſo factum et auratum. Formatum eſt ad caput ex Porphyrio, quod Schmidtmeyerus poſſidet, quodque longe præſtantiſſimum ille Regi Boruſſorum bis mille ducatos offerenti, noluit vendere. 17 $\frac{1}{2}$ alt.

229. (*Inter Scrin. VI et VII. n.* 127. *Cat.* B. *n.* 52) Imago TRAIANI, quae plerumque dicitur. Caput non eſt laureatum, ſed pectus loricatum. Ex humero ſin. lacinia paludamenti dependet: et in pectore *Meduſa*, vel potius larva muliebris cernitur. Eſt, qui *Auguſtum* dicere malit. Marmor alb. ſed prorſus fuſum, 9 1/12 alt. 7 $\frac{3}{4}$ lat.

230. (*ibid. n.* 128. *Cat.* B. *n.* 53) Imago NERONIS, capite non laureato, ſed pectore loricato et paludato. In lorica expreſſum caput leonis. Op. bon. Marm. alb. itidem fuſcum, 9 1/12 alt. 8 1/12 lat. In b. lign. rot.

231. (*ibid. n.* 129. *Cat.* B. *n.* 49) Imago *Aethiopiſſae reginae*, diademate inſignis et velo, quod dextra parte juxta verticem oblique adſcendens, aliquoties contorquetur. Marmor nigrum, 9 $\frac{3}{4}$ alt. 6 $\frac{5}{8}$ lat. ſed oculorum album ex marm. albi coloris. In b. lign. atra et deaurata.

232. (*ibid. n.* 157 B. *Cat. A. n.* 151) MEDVSAE caput alatum, anguibus comam pererrantibus. Aes, 1 $\frac{5}{8}$ alt. 1 $\frac{5}{8}$ lat.

233. (*ibid. n.* 157 C. *Cat. A. n.* 229) HERCVLIS caput, ramo ſive fronde vinctum. Aes, 1 $\frac{5}{8}$ alt. 1 $\frac{1}{2}$ lat.

234.

234. (*ibid. n.* 157. *D Cat. A n.* 106) IOVIS SERAPIDIS imago, cum calatho in capite. Aes, 2 ½ alt. 1 5/12 lat.

235. (*ibid. n.* 157 *E. Cat. A.* n. 231) VVLCANI imago, qui, pileatus, manu d malleum, ſ. forcipem et hoc comprehenſum annulum quendam tenet. Aes, 2 ½ alt. 1 1/2 ampl. 1 7/12 prof.

236. (*ibid. n.* 157 *F. Cat. A. n.* 196) *Pueri* adoleſcentis caput, maximis buccis et mento plurimum dependente: cujus pars averſa plana eſt. Aes, 2½ alt.

(*Quinque* haec opera, cum ſexto aliquo, quod in inſtrumentorum apparatu occurret, fixa ſunt in tabula porphyretica ſemicirculari, quam cingit margo ex ligno nigro elegantiſſime elaboratns.)

237. (*ibid. n.* 158 *A. Cat. A. n.* 230) Imago ISIDIS, compreſſo capite, auribus bovinis, mitrae laciniis, quae in pectus dependent, in circulum ſe incurvantibus. Baſalt. 3 ¾ alt. 2 11/12 lat.

238. (*ibid* n. 158 *B. Cat. A. n.* 228) Caput FAVNI, praegrandi barba promiſſa, osque vultu contorto late aperientis. Pars adverſa duntaxat elaborata. Aes, 2¼ alt.

239 (*ibid n.* 158 *C. Cat. A. n.* 264) *Caput virile*, crinibus quaſi loris, et iis arcte dependentibus, ſedente in vertice pileolo. Aes, 2 alt.

240. (*ibid. n.* 158 *D. Cat. A. n.* 67) *Caput* MINOTAVRI, ſive taurinum caput vultu humano, i. e. fronte, oculis, naſo et ore hominis, niſi quod os veluti larva apertum eſt, 1 alt.

241 (*ibid n.* 158 *E. Cat. A. n.* 69) *Caput juvenile*, vel potius puellare, miro capillorum cultu.

(Quinque poſtrema opera fixa ſunt in tabula, prorſus ſimili ei, quam modo diximus.)

DESCRIPTIO
ANAGLYPHORVM
SEV
OPERVM CAELATOTVM

Digitized by Google

ANAGLYPHA
SEV
CAELATA OPERA

1. (*In feneſtr. med.* Cat. B. *n.* 172) IVPITER, infans' caprae Amaltheae, cujus lacte nutriebatur, inſidens' dextra erecta, ſiniſtra vero jubam illius prehenſam tenens. Subtus in marmore, litteris inciſis, legitur' DIVI IVPITER. Marm. alb. 10 ¾ alt. 8 ¾ lat.
(conf. Montefalc. T. I. p. 33. it. tab. 8. n. 4. et tab. 74. n. 2)
2. (*Serin. 2. loc. inf.* Cat. A. *n.* 111) IVPITER, barbatus, laureatus, alatus, in columnam ſeſe velut ebrius reclinans, et utroque genu nonnihil flexo, aquam mittens: ſiniſtro brachio complectens adoleſcentulum nudum, laureatum et ipſum, qui ebrium tenere ac ſuſtinere videtur. Manu ſin. cornu tenere creditur. Aes, 5 1/24 alt.
3. (*Serin. 4 loc. inf.* Cat. A. *n.* 796) IVPITER, aquila vectus, fulmen ex nubibus mittit. Infra ex una parte ſtant *Juno*, quae, Jovem monſtrans, regnum et poteſtatem pelicetur, *Minerva*, quæ oleaſtrum oſtendens, virtutem et victoriam, et media *Venus*, altera manu *Amorem* capite tenens, altera *Helenam* monſtratam promittens: quæ, lunam geſtando, Dianamque referendo, altera manu Paridi blandiri, altera Jovem, generis ſui auctorem, monſtrare videtur. Ex altera parte ſedet *Paris*, pomum Veneri offerens, et pone illum ſtare videas *Mercurium* et *Martem*, ac paullo remotius *Priamum* et *Hecubam*. Op. nov. Aes, 9 1/12 alt. 14 ½ long.
4. (*Med. in feneſtr.* Cat. 00) PLVTO rapit *Proſerpinam*, quam duae nymphae retinere volunt, duabus aliis ſeſe amplexis. Latus dextr. claudit *Nympha* ſedens calathum-

thumque fructibus plenum in gremio tenens; alterum, *Venus*, quae, Cupidine comitata, ipsa quoque sedet. Ebur, 5 1/2 alt 11 3/4 lat.

5. (*In prim. fen.* Cat. B. *n.* 173) CYBELE, murali corona cincta, digito indice manus d terram commonstrans, laeva vas aquarium gestans, fortalsis ut aquae et terrae dominam sese esse significet. Infra nomen, CIBELE, incisum legitur. Marm. alb. 11 1/2 alt. 7 lat.

(Similem dedit Montefalc. T. I. t. I. n. 3)

6. (*Int. Scrin. 7. et 8.* Cat. 00. *n.* 167) MINERVA, galeata, et loricata. Aes, 4 5/8 alt. 3 1/4 lat. Emblema mensulae alicujus lign. fere rot. sub. lit. B.

7. (*Scrin. 5.* Cat. B. *n.* 189) *Ejusdem* protoma editur quidem, sed est, qui alicujus reginae, laudem militarem adeptae, magis esse contendat. Facies aetatem jam grandiorem indicat, mentum est breviusculum, et labia superiora paullulum procedunt. Galea in faciem virilem formata, frontem haud tegit. Pectus est duntaxat paludatum, non loricatum. Marm. alb. 8 1/2 alt. 5 1/3 lat.

8. (*Scrin. 7. Ser. 3.* Cat. A. *n.* 869 *b*) APOLLO cum cithara, et *Marsyas* ad arborem religatus: Apollini nonnemo supplicat. Aurichalc. 1 2/3 alt. 1 3/4 lat. cujus oram sertum laureum ambit.

(Est imitatio gemmae, quam Gorius attulit in Mus. Florent. T. I. tab. 66. n. 9)

9. (*Int. Scrin. 6. et 7.* Cat. 00 *n.* 136) *Idem*, nudus sedens in trunco, manum dextram in hunc nitens, citharamque s. tenens. Ante eum cernitur femina, veste talari velata, clypeumque tenens, quasi discessura. Inter ambos stat figura, ut videtur, muliebris, manu d. nonnihil, disco rotaeve simile, capiti impositum, tenens. Infra legitur. V A. F. h. e. VAlerius Fecit. Aes, 1 1/12 alt. 5/8 lat. Emblema mensulae rot. oblongae, s. l. B.

10. (*Eod. loc.* Cat. 00. *n.* 136) *Idem*, (ut plerisque videtur) nudus, qui dextrum pedem retro sublatum, et arae impositum, manu attingit: unde discedunt duae mulieres penitus vestitae, altera ramum, nescio quem, ferens, altera serpentem. Infra scriptum: VALERIVS Fecit. Aes, 1 dig. 8 1/2 lin. alt. 1 3/8 lat. Emblema ejusdem mensulae, s. tabulae, s. l. P.

11. (*In feneſt. prope Scrin.* 8. *Cat.* B. *n.* 143) *Idem*, ſedens in trunco, vittatus, tectusque pallio, quod e tergo labitur, femora et pedes tegente: lyram, theorbo hodierno ſimilem, gremio impoſitam tenet, et duas mulieres accedentes intuetur, quarum altera praefericulum, altera pateram geſtat, Tunicarum plicae mira diligentia elaboratae. Ad truncum ſtat lupus. Marm. alb. 13 alt. 14 1/8 lat.

(Eandem tabulam ex Boiſſardo affert Montefalc. T. I. t. 13. n. 1. ſed non ſatis accurate.)

12. (*Eod. loc.* *Cat.* B *n.* 179) *Idem*, nudus et ſiniſtrorſum verſus, pede dextro ſtans, pallium convolutum humero ſin. injectum portat, capillorum cultu paene muliebri: manu d. lyram tenens, ſ. porrecta et explicata neſcio quid ſignificat: pone illum cernitur lituus colligatus cum inſtrumento, non diſſimili pharetrae operculo tectae. Alabaſtr. 11 1/2 alt. 8 1/2 lat.

13. (*In fen med.* *Cat.* 00. *n* 196) DIANA, cubans, octo nymphis, partim ſedentibus, partim ſtantibus, circumdata: quarum duae inter ſe colloquuntur, duae capita dextrorſum vertunt, quatuor ſurſum ſpectant, admirantes virum alatum, qui unam ex ipſis raptam ſublimem abducit *Boream* fortaſſis, et ab eo raptam Orythiam exprimere voluit artifex. Ebur, 4 1/2 alt. 6 1/3 lat.

14. (*Eod. loc.* *Cat* 00. *n.* 197) *Eadem* cum Nymphis ſuis ad rivum aquae moratur, quo, veſtibus poſitis, ſeſe lavant. In dextra ejus ora Nympha alia ſedens crinem ſiccat, alia, quam canis allatrat, in aquam deſcenſura eſt. In ſiniſtra ora cubat *Diana*, pedem alterum adhuc in aqua habens. Haud procul eſt nympha, quam et ipſam cubantem, et jam lotam, duae panno ſiccant. Ad quas adcurrunt duae aliae, magni alicujus metus nuntiae: quarum trepidatio canum, Dianae comitum, latratum excitat. Haec mittit nympham, quae nuntium audiat. Duarum in proximo loco dormientium nympharum una expergefacta, cubito ſeſe levat, atque oculos animumque attendit. Ebur, 4 1/2 alt. 6 1/3 lat.

15. (*Eod. loc.* *Cat.* 00. *n.* 202) *Eadem*: cui cum aliquot Nym-

Nymphis lavanti, una caeterarum hinc leporem, alia istinc aprum adfert. Sex figurae, praeter canem et praedam. Dea sedet in saxo, ex aqua eminenti, pedem unum in aqua adhuc habens. Ebur, oss. sve alius fragmentum, 4 7/8 alt. 9 3/4 lat.

16. (*Inscn.* 1. *Cat.* B. *n.* 175) *Eadem*, singulari ratione, fortassis Aegyptiaca, eademque vetustissima, vestita. In capite gestat quidpiam, turri rotundae non absimile: capilli colligati tectique sunt velamine linteo. Praeter tunicam, habet aliud indusium, quod ad pedum digitos usque dependet. Manu s. tenet arcum grandiusculum, in cujus extremo altero stella est: d. demissa haud dubie sagittam. Ad pedes ejus currit catellus. Alabastr. 13 alt. 8 lat.

17. (*Int. Scrin.* 2. *et* 3. *Cat.* A. *n.* 794) VVLCANVS in officina, diademate agnoscendus Cyclopum unus massam ferream, forcipe comprehensam, in incude versat, duobus aliis, qui malleos sustulerunt. eam cudentibus: dum Deus, malleum ipse tenens, adstat, ac modum operis praecipit. In alia parte unus, ignem folle quasi nutrit et auget; alius massam candentem forcipe extrahere velle videtur, alius denique negotium aliud exsequitur. Aliquanto procul videas *Venerem*, humi sedentem, praebentemque *Cupidini* adcurrenti, et ad matrem alludenti, mammam. Officina fornici perquam similis est. Aes, vel *Cuprum*, 8 1/2 alt. 15 1/2 long.

18. (*Int. Scrin.* 7. *et* 8. *Cat.* 00. *n.* 166) *Idem*, aliquid cudens, adstante *Venere*, cujus ex manu Cupido nonnihil demere cupit. Aes, 1 1/2 alt. 1/4 lat. Emblema rot. oblongae lign. s. l. C.

19. (*Int. Scr.* 6. *et* 7. *Cat.* 00. *n.* 137) VENVS, Martem advenientem osculo excipiens, Amoribus lectum sternentibus. Aes, 3 1/4 alt. 6 dig. 4 1/2 lin. lat. Emblema tabellae lign. rot. obl. s. l. D.

20. (*Eod. loc. et num.*) *Eadem*, curru stans, duobus equis marinis vecta: circum eam *Nereis* una, Tritonem amplexa, hujus pisce vehitur; duae aliae Tritonum amplexum asperna ri videntur. Cupido cum fluctibus lu-

dit.

dit. Aes, 2 ⅛ alt. 1 ⅜ lat. Emblema ejusdem tabellæ ſ. l. T.

21. (*Int. Scrin. 7. et 8. Cat. 00. n. 166*) *Eadem*, pomo accepto abiens. Cupidine alludente. Infra literis pæne jam fugientibus inciſum legitur, VALERIVS F. Aes, 1 ⅜ lat. 1 ⅛ lat. Emblema tabellæ lign. rot. obl. ſ. l. II.

22. (*Eod. loc. Cat. 00. n. 167*) *Eadem*, comitante Cupidine a Neptuno petens, ut mare Aeneae tutum præbere velit. Aes, 1 ⅝ alt. 1 $\frac{5}{16}$ lat. Emblema tab. lign. ſimilis, ſ. l. D.

23. (*Infen. prope Scrin. 8. Cat. B. n. 165*) *Eadem*, nuda, capillis in occipite collectis, ſtat pede ſin. cubito ſiniſtro columellæ, pallio ſtratæ, innixa, manum d. proxime infra os tenens, et erecto indice ac pollice nonneminem invitans. Marm. alb. 11 alt. 8 1/2 lat.

(Convenit fere gemmae Muſ. Florent. T. I. t. 72. n. 4)

24. (*Infen. med. Cat. 00 n. 198*) *Eadem*, in lecto ſplendide ornato cubans. Ludunt eam duo Amores, clypeum oſtendendo, in quo eſt cor ſagitta transfixum: juxta lectum in ſolo cubat *Vulcanus*, diligenter omnia obſervans. Ad pedem lecti ſunt duo Amores alii, quorum alter in arcu conficiendo occupatus eſt. Haec dextra parte, ſub arboribus, cealata ſunt: in ſiniſtra eſt officina Vulcania, ubi Amor alius follem inflat, alius ferrum ſagittarium cudit, alius adſtans ab opere paullulum requieſcit. P. alius rotat molam acuminaram, alius ferrum famiat, alius aquam adfundens, molam irrigat. Inter hanc officinam, et Veneris lectum patet proſpectus in locum herboſum, in quo Amores, collineantes ad cor, in ſcuto ex arbore ſuſpenſo firmatum, ſagittando exercent. Ebur, 5 ⅜ alt. 9 1/2 lat.

25. (*Eod. loco. Cat. 00 n. 210*) *Eadem*, in ara ſedens, et Cupidinem in ea ſtantem tenens. Hunc, brachio ejus prehenſo, vir aliquis, quem a tergo mulier amplexa eſt, uno genu procumbens, adorat. Ex adverſa parte mulier alia (ſi non utraque Nymphae dicendae) capil-

lis

lis solutis, ac toto tergo longissime defluentibus, fuste abigit anum, quæ baculo nixa et magnum gradum faciens, ore oblique verso convicia reddere videtur. Sola vetula est toto corpore vestita. Ebur, 4 $\frac{5}{8}$ alt 9$\frac{7}{8}$ lat.

26. *Eod. loc.* Cat. 00. *n.* 214) *Eadem*, in lecto, sub arbore strato, dormiens: duo Amores, quorum alter ei ad latus, alter ad caput sedet, Adonin ab Amore alio adductum, invitare videntur. Alius quartus Amor arborem adscendit; cui quintus, qui Adonin sequitur, utraque manu elata signum facit. Præter hos XV alii visuntur. Ebur, 5 1/3 alt. 9 1/2 lat.

27. (*Scrin.* 4. *loc. inf.* Cat. *B. n.* 225) MARS, ut videtur, imberbis, capite tectus galea, sub mento vincta, in eaque Delphini caput caelatum cernitur. Marm. 2$\frac{3}{8}$ alt. 1 $\frac{1}{12}$ lat Incrustatum cupro, quod parte aversa liquore metallico, eoque caeruleo, obductum est. Pone caput, sinistrorsum versum, hoc signum < conspicitur.

28. (*Int. Scrin.* 7. *et* 8. Cat. 00. *n.* 167) *Ejusdem*, galeati et loricati, protoma; si non potius est alicujus regis incogniti. Aes, 4 $\frac{1}{2}$ alt. 3 3/4 lat. Emblema tabellæ lign. rot. f. l. B.

29. (*Scrin.* 5. Cat. B. *n.* 147) BACCHVS, in Bacchanali. Deus ipse, crasso corpore, et capite calvo, ebrius in pelle arietina sedens, portatur a Satyro et Fauno quodam, quorum utriusque humerum brachiis complectitur. A latere sinistro duo Bacchantes, quorum unus Baccham tergo ipsius equitantem gestat, alter aliam in tergum recipit: a dextro stat quidam, duas inter arbores, brevi, nec manuleata tunica, duabus tibiis canens. Marm. alb. 1. ped 6 $\frac{1}{4}$ long. 9 $\frac{1}{2}$ lat.

30. *In med. fen.* Cat. 00. *n.* 217) *Idem*, cui Baccha brachium injecit, sedens in saxo uvis et pampinis vestito, et capiens poculum vini plenum, oblatum a viro bacchante, pone quem alia Baccha in genu procubuit, canistrum uvis refertum ex tumulo in caput sublatura. Ex altera parte Baccha alia adfert fructus, quibus vir bacchans, isque lasciviens, manus immittit: pone quem sedet alius, vinum ex cratere cupide hauriens. Bacchum

velut

velut hominem ſenem, craſſo et tumido corpore exhibuit artifex. Ebur, 5 alt. 12 1/2 lat.

31. (*Infen. prope Scrin.* 8. *Cat. B. n.* 162) PAN, Apollinem puerum fiſtula canere docens. In hoc diſcipulus diſcendi cupidus, et verecundiæ plenus, in eo magiſter ſollicitus viſitur. Op. egreg. facto. Márm. alb. 15 alt. 13 1/2 lat.

(conf. Montefalc T. I. t. 49. n. 1)

32. (*Scrin.* 4. *loc. inf. Cat. B. n.* 256) PRIAPI herma, quam florum ſerto coronat *mulier*: *Satyro* iuvene crotalis, quæ utraque manu elata tenet, atque inſuper pede plaudente. In magno ſaxo et herma; et mulier, et Satyrus. Opus maxime excellens, in quo inciſæ litteræ ΠΟΛΙΚΛЄΙΤΟΥ Alabaſtr. 15 3/8 alt. 8 3/4 lat. Optime conſervatum opus.

33. *Int. Scrin.* 7. et. 8. *Cat.* 00. *n.* 166) SILENVS, ad medium corpus usque expreſſus, pampinis redimitus, dextra urnam tenens, ac nonnihil ſurſum ſpectans, et ſublatæ ſiniſtræ indicem et minimum porrigens, digitis ceteris compreſſis. Aes, 4 alt. 3 1/2 lat. Itidem emblema tabellae rot. obl. lign. f. l. M.

34. (*Infen.* 1. *Cat. B. n.* 161) *Idem*, aſino vectus, vacillans, manuque ſ. lyram tenens, cum turma ſua. Praecedit adoleſcens, pampinis coronatus, nudus, pallio ſupra humerum injecto, tibia canens. Sequitur Silenus: ad cujus latus quatuor mulieris veſtitae, niſi ex iis duo adoleſcentuli ſunt, quod capilli indicant: horum unus et una mulierum, thyrſos geſtant. Agmen claudit Satyrus ſenex, ſertum pampineum elatum geſtans. Marm. nigr. 6 1/2 alt. 9. lat.

(Hæc Sileni pompa plenior eſt, quam quae in gemma ap. Montefalc. Suppl. T. I. tab. 60. n. 5.)

35. (*Int. Scrin.* 6. et 7. *Cat.* 00. *n.* 137) FAVNVS, ſtans ad ſaxum, pelle caprina ſtratum, et ſiſtulam, ex novem arundinibus compactam, oſtendens *Faunae*, eam diligenter conſideranti. Haec aures capriñas habere videtur: eum nihil plane arguit. Aes, 2 1/8 alt. 1 5/8 lat. Emblema tabellae lign. rot. oblong. f. l. M.

36.

36. (*Int. Scrin. 7. et 8. Cat. B. n.* 154) *Ejusdem* protoma, ore late aperto, barba et capillis venti, a tergo spirantis flatu commotis et longe volantibus. Marm. alb. 8½ alt. 6 ⅜ lat. Margine lign. quadrilatero, eleg. fact. conclusum.

37. (*Infen. prim. Cat. B. n.* 167) *Adolescens Bacchicus*, saltans, digitoque nonneminem invitans, Op. bon. Mar. alb. 11 1/2 alt. 8 1/2 lat.

38. (*Scrin. 1. loc. inf. Cat. B. n.* 818 *b*) BACCHA, sed *Furiae* paene similis, basi rotundae genu innixa, corpus seminudum contorquet, capite caelum versus erecto: capilli passi et neglecti longe dependent: manu sursum erecta tibicinem parvum, tibia duplici ludentem, tenet. Ante illam Pan, Deus, est Hermae figura; pone Bacchans, in cupa vinaria sedens, ac thyrso prope apposito, pomum manibus tenens. Marm. arenar. 6½ alt. 9¾ lat.

(Similem fere habet Montefalc. T. I. t. 165. n. 3.)

39. (*Int. Scrin. 7. et 8. Cat. B. n.* 155) *Furiae* anguicomae protoma. Marm. alb. 8½ alt. 6½ lat. In capsula, qualis n. 39.

40. (*Scrin. 2. loc. inf. Cat. oo. n.* 23) HERCVLES cum *hydra Lernaea* pugnans. Tabella cuprea et deaurata, 4 1/2 alt. 2 1/2 lat.

41. (*Eod. loc. Cat. oo. n.* 24) *Idem* cum *Cerbero* pugnans. Tabella cupr. et deaur. 4 1/2 alt. 2 1/2 lat.

42. (*Sup. jan. pr. Cat. B. n.* 80) *Idem*, imberbis, pannum ex loro pendentem gestat, in lapide sedet, fulmque tractat, adstante ac docente ipsum *Omphale*, pellem leoniam humero indutam, et Cupidine clavam ingenti conatu amoliente. Marm. alb. 23. alt. 18 2/3 lat.

43. (*Int. Scrin 6. et 7. Cat. oo. n.* 137) *Idem*, leonem strangulans, arcu et pharetra pone ad arborem suspensis, et clava adposita. Imago fere, qualis in gemmis et in exemplis sulphureis. Aes, 2 1/12 alt. 2 1/8 lat. Emblema tabellae lign. rot oblong. [illegible] A.

44. (*Int. Scrin. 7. et 8. Cat. oo. n.* 166) *Idem*, Antaeum sub-

ſublatnm ad pectus apprimendo exanimat. Aes, 1 $\frac{3}{4}$ alt. 1 $\frac{1}{2}$ lat. lucruſtat. c. aliis in tabell. lign. rot. f. l. l.

45. ((*Inſcn prope Scrin.* 8. *Cat.* B. *n.* 168) HYGIEA, miro ſtatu: corpus obvertens ſpectatori, caput doxtrorſum flectit, pedibus ſiniſtrorſum ambulat. Manu d. ſupra caput impoſita ſerpentem tenet; f. quam ambit alius, levat veſtem, ex humero dextro dependentem, brachiis et pectore fere toto nudis. Veſtis tenuitas quam optime expreſſa eſt. Marm. alb. 11 1/2 alt. 8 1/2 lat.

46 (*Int. Scrin.* 6. *et* 7. *Cat.* 00. *n.* 137) AMOR, in ara ſtans, et virum ac mulierem adſtantes coronans. Aes, 1 $\frac{3}{4}$ alt. 1 $\frac{3}{8}$ lat. Emblema tabellae lign. rot. obl. f. l. l.

47. (*Inſen.* 1. *Cat.* B. *n.* 169) VRANIA, talari veſte induta, ſedet in rupe, manus d. digito indice aliquid monſtrans, laeva globulum tenens. Marm. alb. 10 $\frac{1}{2}$ alt. 9 lat.

(Similima ei, quam Montefalc. T. I. t. 71. n. 6. delineatam exhibet.)

48. (*Eod. loc.* Cat. B. *n.* 166) *Deus Noctulius*, plane qualis eſt ejus ſtatua Brixiana, quae nomen adſcriptum habet, exhibita eſt a Montefalc. T. I. t. 214. n. 4. in ejus deſcriptione vehementer lapſo. In noſtro lapide deeſt noctua, quae in ſtatua Brixiana ad Dei pedes collocata cernitur. Marm. alb. 11 1/2 alt. 8 1/2 lat.

49. (*Scrin.* 7. *loc. ſup.* Cat. A. *n.* 927 *c et d*) Duae tabulae aeneae: in quarum prima duae mulieres, *Veris et Aeſtatis* imagines; in altera itidem duae, altera *Autumni* altera *Hiemis* imago. Omnium prima pannum florum plenum, ſecunda aliquot ſpicas tenet, tertia cornu frugibus plenum, quarta denique pateram ardentem tenet. Op probab. Aes, 3 $\frac{3}{4}$ alt. 3 1/2 lat. Utramque tabellam cingit margo lign. nig.

(In arcula dext. ſcrin. 4. utraque tabella iterum reperitur, ſed ſine margine.)

50. (*Int. Scrin.* 7. *et* 8. *Cat.* 00. *n.* 167) *Tres Parcae*, quarum duae filum trahunt, tertia velata et ſedens, forcipe ſecat. Aes, 1 $\frac{5}{8}$ alt. 1 $\frac{1}{2}$ lat. Emblema tabellae lign. rot. obl. f. l. l.

51.

51 (*Eod. loc. et num.*) *Nympharum Nysiadum* una, quam et Gorius esse credidit, Bacchi nutrix, lac sibiex mamma in poculum corneum exprimens. Aes, 4 $\frac{1}{8}$ alt. 3 1/8 lat. Emblema anteced. tab. s. l. M.

(Est imitatio gemmae Mus. Florent. T. I. t. 84. n. 10.)

52. (*In fen. med.* Cat 00 *n* 00) *Duae nymphae*, s. Deae, in lectulo sub arboribus cubantes, ad quas spectandas ingens Deorum Dearumque multitudo concurrunt. In omnibus non nisi Apollinem et Herculem agnoscere possis. Ebur, 4 $\frac{5}{8}$ alt. 6 $\frac{5}{8}$ lat.

(Fortassis artifex minus peritus Martis et Veneris cubitum exprimere voluit.)

53. (*Scrin. 7. Ser. 3. Cat. A. n.* 206) *Triton*, seu alius *Deus marinus*, in basi, variis rebus, et in his Delphino natante, ornata. Aes, 5 $\frac{1}{8}$ long. 2 $\frac{5}{8}$ alt. 1 $\frac{1}{2}$ crass.

54. (*Int. Scrin. 7. et 8. Cat. 00. n.* 166) ACIS et GALATEA sese complexi, *Polyphemum*, Cyclopem, in saxo sedentem, fistulaque ex multis et longis arundinibus compacta, canentem, et amorem suum significantem, auscultant. Interea nonnulla in figuris sunt, quae huic interpretationi adversantur. Aes, 1 $\frac{5}{12}$ alt. 1 $\frac{1}{8}$ lat. Emblema tab lign. rot. oblong. s. l. D.

55. (*In fen.* 4. *Cat.* B. *n.* 174) ATYS, pileo Phrygio tectus, manu d. fistulam pastoricam, sex calamis compactam, s pedum tenens, veste in medio diducta, ut prope totus venter nudus appareat. Alab. 1 2$\frac{1}{2}$ alt. 7 lat.

(Similis fere ei, quem habet Causeus, Mus. Rom. Sect. 1. t. 40. Beger. thes. Braud. tom. III. p. 312. unde utrumque repetiit Montefalc. T. I. t 5. n. 5. et 6 conf. Gorius Mus. Florent. T. III. t. 80. p. 81.)

56. (*Int. Scrin. 2. et 3. Cat.* 00. *n.* 136) CACVS, in antrum cauda trahens vaccam, Hercule prope cubante ac dormiente. Suprascriptum est: O. MODERNI. Est, qui haec pro exclamationeop ficis habeat, significantis, recentiores artifices veterum esse fures: sed possis etiam interpretari Opus MODERNI. Aes, 2 $\frac{3}{4}$ alt. 2 lat.

(Simil.s est caelatura urnae, a Montefalc. T. I. t. 52. exhibitae.)

57. (*In fen. med.* Cat. 00 *n.* 200) CALLIRRHOE, nudo corpore inter ceteras Nymphas sese lavare recusans, et Dianae jussu vestibus exuta, gravida reperitur, maxima omnium indignatione. Op. prob. Ebur, 4 $\frac{1}{8}$ alt. 6 $\frac{1}{4}$ lat.

58.

58. *(Int. Scrin.* 6. *et* 7. *Cat.* 00. *n.* 136) MEDVSAE caput alatum, ſub quo duo pueri transverſi pendent, ſerpentibus involuti, et altera manu illius crines amplexi. Pone caput quatuor ſerpentes decuſſatim gyrantur. Aes, 2 1/2 alt. 2 1/4 lat. Emblema tab. lign. rot. oblong. ſ. l. A.

59. *(Eod. loc. et num.)* PROMETHEVS, adCaucaſum religatus, lacerante ejus jecur aquila. Quae infra erant litterae, hodie fere deraſae fugiunt. Aes, 2 1/2 alt. 3 1/2 lat. Emblema tab. antec. n. ſ. l. E.

60. (*In ſen. prope Scrin.* 8. *Cat.* B. *n.* 177) SPHINX pileata, alas alte movens, caudam extollens, poſterioribus pedibus ſedens, priori ſiniſtro ſtans erecta, dextro prorae navis impoſito: ambit monſtrum inſcriptio haec Abraxea, inciſis litteris ACAVIAAP. Marm. alb 8 1/2 alt. 10 1/4 lat. forma trianguli, ſed angulis amputatis.

(Montefalc. ex Begero ſuppeditat numum Chius, inſulae, cujus in parte averſa Sphinx itidem pedem proræ navis imponit.)

61. (*In med. ſen.* Cat. 00. *n.* 216) *Deorum Dearumque* multitudo, e quibus alii ſedent, alii ſtant, alii incedunt, nec, quid agant, intelligere poſſis. Ex iis *Saturnum*, *Minervam*, *Martem*, *Vulcanum*, *Venerem*, *Cupidinem* agnoſcas, reliquos non item. Ebur, 4 3/4 alt. 6 1/2 lat.

(Num. forte artifex in hoc, ut in num. 55. nuptias Pelei et Thetidos exprimere voluit, quae compluribus in opp. caelatis viſuntur? Hanc conjecturam dijudicet, cui opus intueri et examinare contingit.)

62. (*Scrin.* 4. *loc. inf. Cat.* B. *n.* 152) Campus apertus, in quo medio *Altare*, corona laurea cinctum, in quo flamma ardet. Ejus ad pedem eſt *agnus*, qui ab homine *nudo* et *laureato*, in genu dextrum nixo, tenetur. Adſunt *duo milites*, *mulier* quaedam *ſacerdos* et *mulier* alia, quae hunc ſequitur, et *infantem* genibus prehenſum tenet. Marm. alb. ſed prae vetuſtate flaveſcens, 8 7/8 alt. 20 1/2 lat.

63. (*Scrin.* 7 *Ser.* 5. *Cat.* A. *n.* 658) *Sacrificium* aliud. Nimirum ante porticum mactatur *taurus*, prope quem *ſenex* cum ramo oleagineo ſtat, duaeque tibicines,

quae tibiis canunt. In tabula media est *vir juvenis*, digitum angui, ex olla emergenti porrigens. Prope hunc est femina alata, fortasse *Victoria*, duo milites, quorum alter ramum oleagineum, alter vexillum gestat. Figurae aliae nudae sunt, aliae vestitae. Aes, $2\frac{7}{8}$ alt. $3\frac{1}{12}$ long.

64. (*Int. Scrin. 6. et 7. Cat.* 00. *n.* 137) *Sacrificium* ante templum, columnis ornatum, in quo medio Deae signum in epistylio collocatum est, peragitur. Adest prope altare *mulier* vestita, quae quidpiam in flammam ardentem effundere videtur, et virum chlamydatum pone stantem respicit, praeter figuras alias, in quibus *Silenus* esse putatur. Aes, $11\frac{1}{2}$ alt. $\frac{5}{6}$ lat. Emblema tab. lign. rot. obl. s. l. B.

65. (*Int. scrin. 7. et 8. Cat.* 00. *n.* 167) *Duae Bacchae* ad aram sacrificantes. Aes, $1\frac{5}{8}$ alt. $1\frac{5}{8}$ lat. Emblema tab. lign. rot. oblong. s. l. C.

66. (*In. fen. 1. Cat. B. n.* 160) *Super aram ignitam*, rotundam et sertis redimitam, ingens *Priapi* herma tenetur a *muliere nuda*, cujus ex humero pallium convolutum dependet: ex altera parte stat mulier vestita, quae manu d. demissa serpentem tenere videtur; serpentem alium s. admovit igni, qui alterius mulieris manus articulum ambiens, sublimem se tollit. Pone hanc apparet humi positum vel caput muliebre velatum, vel mera persona s. larva. Marm. nigr. 8 alt. 9 1/2 lat.

67. (*Eod. loc. Cat.* B. *n.* 146) *Duae mulieres* in catinum ardentem, arae impositum, effundunt pateras suas: earum altera vestita est, altera nuda, praeter breve palliolum, quod in tergo habet. Praeterea adstant aliae duae mulieres nudae cum puerulo itidem nudo, matri alludente, item senex, monacho fere similis, alia mulier, et sacerdos secespitam sinistra elatam ostendens. Non procul pars templi cernitur, devolatque caelo Victoria, si non est Genius, coronam lauream adferens. Alabastr. 10 alt. 8 lat

(Est,

(Eſt quiimitationem exiſtimet gemmae, a Valerio Vincentino ſcalptae, de quo v. Lippert. Dactylioth. I. 939)

68. (*Eod. loc.* Cat. B. *n.* 235) *Sacrificium Priapi*, de quo Khel in Suppl. Num. ubi hoc marmor delineatum exhibuit, p. 12. 50. 99. 160. alibi, haec ſcripſit: „Quia „tale ſacrificium ad novas nuptas potiſſimum pertine„bat, Deum hunc ſibi propitium habere, arbitror, „eum, qui poſt cippum cernuus procumbit, maritum „eſſe: geſtus cum hujus, tum aliorum, excepta forſan „tympani ſtria, vivum aliquid ſpirat: ipſi tripodi et „pyramidi inverſae, cui herma inſidet, ſua ab arte „ineſt gratia: attamen Romanum ſcalptorem aperte „prodit opus.“ Marm alb. 10 dig. 6 lin. alt. pedem unum, dig. 4. lin. 3. long.

69. (*Scrin.* 7. *Ser.* 5. *Cat. A. n.* 645) *Sacerdos*, amiculo longo, ipſum caput velante, et ad pedum plantas dependente, veſtitus, ſedet, in capite fere velato pileum, et manu nonnihil, malo grandiuſculo ſimile, geſtans. Adeſt vir mitra Phrygia tectus, tunica breviori, ſed manuleata, veſtitus, et gladio praegrandi armatus: ac pone hunc femina nuda, non niſi velum in capite habens, demiſſis brachiis et cruribus non diductis. Aes, 6. alt. 7 $\frac{2}{3}$ long.

70. (*Scrin.* 5. *Cat. B. n.* 151) *Sacerdos* barbatus, velatus et longa indutus veſte, ſedens in ſella, et manum ſ. paullum attollens. Ante illum olla, in qua usque ad pectus ſtat puerulus nudus, manu ſ. latus ollae externum attingens. Pone hunc ſtat mulier nuda, velo ſaltem in tergo usque ad talos dependente, manibus demiſſis, et cruribus conjunctis, prope ut in num. antec. Marm. alb. nigris ſtriis diſtinctum, 5 alt. 8 $\frac{1}{2}$ lat.

71. (*Infen. prope Scrin.* 8. *Cat. B. n.* 176) *Sacerdos* adoleſcens, nudus, ante aram ſtans, et manu d. in ignem, ex impoſito crat ere ſurgentem, pateram effundens, ſ. ſecurim tenens. Marm. alb. 11 lat. 7 $\frac{1}{2}$ alt.

72. (Scrin. 5. Cat. B. n. 147 *b*) DAVIDES poſt victoriam a Goliatho reportatam, quieſcens. Pileo tectus eſt humili et rotundo, ex cujus ora ſiniſtra ſurgit ingens criſta: manu d. tenet caput Goliathi abſciſſum, crinibus prehenſum; cubito ſin. nititur in columnam,

chlamyde pellita stratam : ipse indutus est pelle, quae ex humero dextro dependens, medium corpus ambiens tegit. Pede calcat ensem Goliathi falcatum : e columna rotunda fundam pendere videas. Op. nov. sed longe opt. Marm. alb. 1. ped. $3\frac{3}{8}$ alt. 9 lat.

73. (*Int. scrin.* 6. *et* 7. *Cat.* oo. *n.* 136) *Idem* nudus, sed tamen galeatus et gladio armatus, dextro cubito in cippum nixus, manu fundam tenet: ante illum jacet Goliathi devicti cadaver, et caput abscissum. Philistaeus quidam, haud dubie servus interfecti, et ipse nudus, moesto vultu cadaver tractat. Aes, $2_{\frac{1}{2}}$ alt. 2 lat. Emblema tab. lign. rot. f. l. O.

74. (*In fen. med.* Cat. oo. *n.* 206. SALOMONIS judicium, in quo operedolormatris, cujus puer vivus dividi jubebatur, satis perspicue expressus est. Milites habitu Rom. vestiti. Ebur, $3\frac{1}{4}$ alt. $4\frac{3}{4}$ lat. $\frac{5}{6}$ crass.

75. (*Int. Scrin.* 6. *et* 7. *Cat.* oo. *n.* 137) IVDITHA Holofernis caput abscissum ancillae porrigens, ac simul respiciens. Aes, $1\frac{1}{3}$ alt. $1\frac{1}{8}$ lat. Emblema tab. lign. rot. l. l. L.

76. ((*Eod. loc. et num.*) *Rex incognitus* equo desiliit, ac media in via genibus nixus, palmis sublatis veneratur *Mariam* et *Jesum* infantulum, quem illa gremio gestat. Aes, $2\frac{2}{3}$ alt. $2_{\frac{5}{8}}$ lat. Emblema ejusd. tab. f. l. O.

77. (*Eod. loc. et num.*) CHRISTVS e templo expellens, qui mercaturam ibi exercebant. In trabe lapidea summa transversa haec leguntur : VALERIVS VINCENTINVS Fecit. Aes, $2\frac{7}{8}$ alt. et lat. Emblema tab. lign. f. l. Y.

78. (*Eod. loco. Cat.* B. *n.* 129 *b*) MARIAE, virginis, protoma, capite velato et sinistrorsum inclinato, oculisque clausis. Marm. alb. $7\frac{1}{4}$ alt. 5 lat. Marginatum limbo ligo. nigr. deaurat.

79. (*Int. Scrin.* 2. *et* 3. *Cat.* A. *n.* 243) *Christianorum tabernaculi janua*, in qua caelata haec sunt. In medio stat *Christus* super ara, portans crucem, et ad pedes calicem habens. Utrobique ad latus binae columnae, tectum ferentes, super quo Trinitatis symbolum. Super hoc, tanquam super orbe, volat Spiritus S. columbae

bae pellens et humum ſiccans. Ad latus angelus, palmamtenens, et in genu dextrum prolapſus, Mariam, exadverſo ſtantem ſalutans. Alia adſunt ornamenta. *Aes*, 13 $\frac{7}{8}$ alt. 8 $\frac{7}{8}$ lat.

80. (*In ſen. med.* Cat. oo. *n.* 205) MARIA *Chriſti* mortui caput levatum gremio tenens admiratur: adoratum accedunt hinc *Maria Magdalena*, iſtinc *monachus aliquis*. Infra ſedet Genius, manum ſin. Chriſti tangens. Op. prob. et affabre fact. Ebur, 8 alt. 3 $\frac{3}{4}$ lat. $\frac{3}{4}$ craſſ.

81. (*Eod. loc. n.* 207) MARIA MAGDALENA, ſedens in ſaxo ante arboris truncum, in quo mortui caput et crucem collocavit, radicibus, quibus vivebat, in lapide juxta poſitis: capite ſurſum flexo duos videt genios, coelitus ad ſe devolantes. Op. prob. Ebur, 8 $\frac{1}{4}$ alt. 4 $\frac{3}{4}$ lat. $\frac{5}{8}$ craſſ.

82. (*Scrin.* 1. *loc. inf.* Cat. B *n.* 222 i) Tabella, in qua ſub porticu cernitur S. *Georgii*, d haſtam tenentis, protoma, una cum hac inſcriptione, Θ ΓΕΩΡΓΙΟΣ: quod legas, oporet: ὁ ἅγιος Γεώργιος. Demium *Sinenſe*, (Steatites hodie uſurpatur) 1 $\frac{5}{8}$ alt. 1 $\frac{1}{4}$ lat.

83. (*Scrin.* 4. *loc. inf.* Cat. A. *n.* 927 *b*) PARIDIS judicium, quo *Veneri* pomum tribuit. Haec, quam alludit *Cupido*, ei quidpiam polliceri, videtur: *Minerva* indignatur Veneri, *Iuno* Paridi: *Mercurius* mirabundus ſpectat. Lamina ferrea, 2 $\frac{5}{12}$ alt. 7 lat. in qua varia emblemata aurea eſſe videntur.

84. (*Int. Scrin.* 6. *et* 7. Cat. oo. *n.* 136) *Idem* Veneri pomum porrigens, Iunone et Minerva, altera alteram, reſpicientibus. *Aes*, 2 alt. 1 $\frac{1}{4}$ lat. Emblema tab. lign. ſ. l. V. VALErius VINcentinus Fecit.

85. (*Eod. loc.* Cat. oo. *n.* 137) *Idem* Veneri pomum tradens, mediae inter Iunonem et Minervam ſtanti. *Aes*, 1 $\frac{5}{6}$ alt. 1 $\frac{5}{12}$ lat. Emblema tab. lign. ſ. l. P.

86. (*In. ſen. med.* Cat. oo. *n.* 212) *Idem* in ſaxo ſedens pomumque dextra tenens. Mercurio ante ipſum cubante, ex adverſo ſtant *Iuno et Venus*; *Minerva* paullum retrogreſſa, tergum obvertit. Ebur, 4 $\frac{5}{6}$ alt. 6 $\frac{1}{4}$ lat.

87. (*In ſen.* 1. Cat. B. *n.* 145) *Idem* ad arborem ſtans cum cane ſuo, porrigit malum *Veneri*, quam ſuperne volans Amor coronat: adſtant *Minerva et Iuno*. Marm. alb. 10 alt. 7 lat.

(Hoc

(Hoc marmor convenit cum caelatura ex ære n. 68. sed hæc magis placet.)

88. (*Int. Scrin.* 6. *et* 7. *Cat.* 00. *n.* 136) *Paris* Helenam, domo eductam, comitibus armatis in littore statuit, ad quod navigium remis adpellitur. Adscriptum legitur. ΙΕΠΑΤΗ. ΕΛΕΝΗΣ. Aes, 1 ½ alt. 1 ½ lat. Emblema tab. lign. f. l. M.

(v Montefalc. T. IV. Supplem. t. 35. qui e gemma hoc argumentum, sed contrario modo expressum, attulit.)

89. (*Scrin.* 7. *Ser.* 3. *Cat. A. n.* 228) LAOCOONTIS filius in basi, variis frondibus, elegantiis architectonicis, cet. ornata. Op. ant. Aes, 3 ⅛ alt. 5 ⅜ long. 1 ⅜ crass.

90. (*Int. Scrin.* 7 *et* 8. *Cat* 00. *n.* 166) AENEAS et DIDO, magno comitatu stipati, Carthagine venatum proficiscuntur. *Aes*, 6 ampl. Emblema tab. lign. f. l. G.

91. (*Scrin.* 7. *Ser.* 5. *Cat. A. n.* 870) *Portious fornicata*, in qua *septem* personae duas Syntheses (Gruppi) efficiunt. *In* earum altera est *Antinous*, rex, paludatus et pileatus, qui manu d. *Ulyssem* ostendit, et pomum s. gestat: pone eum stat senex alius barbatus et tunicatus, laeva sublata nonnihil tenens; ad latus autem duo alii tunicati, alter imberbis, alter barbatus, qui laeva sublata caput hircinum fert. In altera cernitur *Irus*, nudus, verberans *Ulyssem*, itidem nudum et barbatum, qui, pugno dext. lateri quasi obnitens, sinistra Antinoum, secum loquentem, ostendit: pone eum accedit femina tunica et velo vestita. Nomina trium personarum principum adscripta sunt hoc modo: 'ΑΝΤΙΝΟΟϹ. ΊΡΟϹ. ΟΔΥϹϹΕΥϹ'; *Super* fornice, in utroque latere est genius. Infra inscriptio: VICISSATIM. Aes, 8 ¾ alt. 6 ⅛ lat. ½ crass. et supra, quam suspiceris, grave.

105. (*Cat. D. n.* 10) *Alius*, minor et oblongus, cujus pes ſatis altus ter auro munitus et encauſto ornatus eſt.

laſpis viridis orientalis, maculis rubris et Chalcedonio mixtus, 1 $\frac{4}{6}$ long. 1 $\frac{1}{6}$ lat.

106. (*Cat. D. n. 33*) *Alius minutus*, cujus pes auro vinctus eſt. In diſco medio Smaragdus concluſus et fixus eſt. Carneolus, 1 fere alt. 1 1/6 ampl.

107. 108. (*Cat. n. 90 a et b*) *Duo alii*, bellariis adponendis apti, compoſiti novem particulis, in quibus ſingulis volutae frondeae inciſae. Eas utraque in fronte continent bacilli cuprei aurati: ora ſuperior quaſi denticulata. Cryſtall. mont. 10 long. 9 1/6 lat.

109. (Cat. n. 90 *c*) *Alius*, ovatus, menſae ſecundae adponendae aptus, cum margine denticulato, novem ex particulis compoſitus, fere ut n. 107. et 108. Cryſt. mont. 9 1/4 long. 8 lat.

110. *Cat. D. n. 82 b) Fulorum octogonum*, cui candelabrum infigi poſſit. Achates muſco fuſco (Moosachat) et variis cryſtallis obductus, 4 ampl.

111. (*Cat. B. n. 90 b*) *Lacertus dexter* mulieris, cujus manus nonnihil flexa neſcio quid tenet. Marm. alb. 2 $\frac{4}{8}$ long.

112. (*Cat. B. n. 132 d*) *Alius ſiniſter*, cum parte brachii, ſed ſine manu. Marm. alb. 2 $\frac{1}{2}$ long.

113. (*Cat. n. 35*) *Lagena* quadrilatera, ad oram verſus paullo anguſtior, in qua tubercula cum volutis frondeis inciſa. Oram ambit orbis aureus, liquore caeruleo inuſto. Operculi pars interior itidem auro obducta. Cryſtall. mont. 5 1/12 alt. 2 $\frac{2}{8}$ lat.

114. (*Cat. n. 53*) *Lagena rotunda*, pedi inſiſtens, ſed ſine annulo et operculo. In ea caelata tubercula, ora miſere detorta, cornua copiae, alia ornamenta. Cryſtall. mont. 6 1/4 alt. 4 $\frac{3}{8}$ diam.

115. (*Cat. n. 29*) *Alia*, priori ſimilis, ſed operculo inſtructa. Praeter ejus ornamenta inciſa, duo orbes aurei inuſti, utramque oram ambiunt: operculum auro vinctum, in eoque cernitur cum foliis, quem aurum coloresque varii inuſti efficiunt. Cryſtall. mont. 6 1/8 alt. 3 $\frac{7}{8}$ diam. max.

116. 117. (*Cat. n. 61. a et b*) *Lagenulae* duae polygonae, ſine operculis. Cryſtall. mont. 8 $\frac{4}{8}$ alt. 1 1/6 lat.

118. (*Cat. n. 37*) *Alia*, *octogona*, cujus os, auro vinctum, tegit aureum operculum. per catenulam pariter auream affixum. Cryſtall. mont. 2 $\frac{1}{4}$ alt. 1 $\frac{3}{8}$ long. et lat.

118.

119. (*Cat. n.* 36) *Alia*, priori prorſus ſimilis. Cryſtall. mont. 2 $\frac{7}{8}$ alt. 1 $\frac{5}{8}$ long. 1 $\frac{1}{8}$ lat.

120. (—*Cat. B. n.* 19 *b*) *Lamina maſſae cujusdam incertae*, 1 $\frac{5}{8}$ alt. 3 lat. $\frac{5}{8}$ craſſ. in qua litteris exſtantibus, ante hos ducentos annos uſitatis, ſcriptum legitur:

accipe
materiam noſtra
bene preparata
ſuperius ex nrō
mercurio fac
tam.

121. (*Cat. Eb. n.* 41) *Leo* rugiens, et pede dextro primore teſtudinem prehenſam fracturus. Ebur, 1 $\frac{1}{2}$ alt. 2 long. In b. lign.

122. (*Cat. oo. n.* 118) *Ligni petrefacti* fragmen, ſonans, uti metallum praeſtantiſſimum, et politurae, veluti marmor optimum, capax: quo facto nigri coloris eſt. 21 long.

123. (*Cat. B. n.* 193) *Malleus*, quali Galli in praeliis utebantur, cunei forma, et ſine manubrio. Lapis viridis admodum durus, 1 $\frac{1}{2}$ alt. 4 3/4 long. 2 1/8 craſſ.

124. (*Cat. B.* n. 351) *Alius* ſimilis. Lapis ex ligno, (forte, lignum petrefactum) 2 alt. 4 long. 1 3/8 craſſ.

125. (*Cat. n.* 87) *Malluvium*, anſatum, forma praefericuli: cujus orificium conchae, venter ovo ſimilis eſt. Id ambiunt quatuor orbes argentei aurati, quorum maximus, cujus encauſtum fructus ſiſtit, diſtinctus eſt carbunculis 47 minoribus, ac duobus majoribus; reliqui ſimul ſumti 41. Cryſtall. mont. 7 $\frac{5}{8}$ alt.

126. (*Cat. Eb. n.* 18) *Manubrium gladii*, canibus et feris variis formatum. Ebur, 4 1/2 long.

127. 128. (*Cat. Eb. n.* 19. 20) *Duo alia cultri* et *furcae*, una cum ipſo cultro furcaque. In utroque figurae eadem ratione caelatae, nimirum Fides, Iuſtitia, Amor, Spes: ac ſuper his geniorum capita alata, quae tandem corona quaſi tegit. Ebur, 3 1/2 long.

129. 130. (*Cat. Eb. n.* 2 *e et f*) *Duo alia*, cultri et furcae, facta e duobus Geniis luctantibus, et capiti cujusdam majoris inſiſtentibus. Ebur, 3 1/8 alt.

131. 133. (*Cat. Eb. n.* 2 *g, h et i*) *Tria alia*, feminae

pro-

protomam imitantia, et pugioni venatorio, cultro et furcae, apta, una cum laminis et vagina. Ebur, 4, 3 $\frac{1}{8}$, 2 $\frac{7}{8}$ alt.

134. (*Cat.* B. *n.* 132 *b*) *Manus dextra*, magnum follem globumve tenens. Gypsum, 2 1/2 long.

135. (Cat B. n 132 *c*) Alia, cum lacerto, ossis fragmentum tenens. Marm. alb. 2 $\frac{3}{4}$ long.

136. (Cat. B. n. 289) Alia, *itidem dextra*, statuae viri consularis, argumento voluminis, quod tenet. Marm. alb. 5 3/4 long. In b. lign.

(conf. Mus. Florent. T. III. t. 82. ubi Sulla, Dictator, volumen etiam dextra tenet)

137. (*Cat. A n* 1004) *Alia sinistra* mulieris, fracta, aperta. Aes, 1 $\frac{3}{4}$ alt $\frac{5}{8}$ lat

138. (*Cat. A n* 689) *Alia dextra* mulieris aut adolescentuli expansa. Votum. Aes, 2 1/2 alt. 1 $\frac{7}{8}$ lat. In b. lign.

139. (*Cat. A. n.* 690) *Alia*, priori similis. Votum. Aes, 3 1 $\frac{1}{2}$ alt. 2 1 $\frac{5}{8}$ lat. In b. lign.

140. (*Cat. A. n.* 868) *Manus*, duae viri videtur, expansa. Votum. Digitorum alii satis correcti, alii nonnihil inflexi sunt. Aes, 3 $\frac{3}{4}$ alt. 2 lat.

141. (*Cat. A. n.* 691) *Alia*, puellae, ut videtur, nonnihil expansa, primis duobus digitis tenens nescio quid cucurbitae fragmento simile. Manum variis gyris ambit serpens, juxta pollicem sese erigens. Votum. Aes, 4 $\frac{5}{8}$ alt. 1 $\frac{5}{8}$ lat. In b. hexagona cava, simul fusa, infixaque ligneae.

142. *Int. scr. 7. et 8. Cat* 00. *n.* **) *Mensa*, cujus summa superficies quasi compositа est lignis variis, ebore, et lapidibus pretiosis orientalibus, ut, Lapide Lazuli, Sardonyche, Smaragdo, aliis. 5 ped 1/2 dig. long 3 ped. 2 $\frac{3}{4}$ dig. lat.

(De ea nescio quis haec adnotat: Dans cette table il y a plus de 400 pierres orientales incrustées, savoir du Lapis Lazuli, Sardonyx, Prime d'Emeraude, et Cornaline.)

143. (*Eod. loc.* — —) *Aliae duae*, pariter Lapidibus pretiosis incrustatae.

144. (*Eod. loc* —) *Alia*, in qua complures lamellae marmoreae variorum colorum ita junctae sunt, ut opus aliquod musivum efficiant, resque varias repraesentent.

145

145. (*Cat. Curioſ. n. 5*) *Metallifodina artificioſa*, trium ſtratorum, ex venis argenteis. Summo ejus loco ſtatutus eſt leſ. Chr. e cruce pendens cum Maria. In b. argentea aurata 4 alt.

146. (*Cat. Curioſ. n. 6*) *Alia.*

147. (*Scr. 3. loc. inf. Cat. Cur. n. 3*) *Alia*, duorum ſtratorum, ex praeſtantiſſimis auri et argenti venis. In vertice Chriſtus, cum Maria et Joanne adſtantibus, ex argento formatis. Stratum inferius collocatum eſt in arcula ex lign. nigr. parata, pedibus argenteis inſiſtente, cujus anguli lamellis argenteis muniti ſunt, uti omnia metallifodinae ornamenta argentea ſunt atque inaurata, 9 alt.

148. (*Eod. loc. Cat. Cur. n. 4*) *Alia*, trium ſtratorum, ſimilibus metallis formata et exornata. In ejus faſtigio eſt Chriſtus e cruce pendens. 5 alt. ſtat in globo rotundo argenteo et inaurato.

149. (*Scr. 3. loc. inf. Cat. Cur. n. 2*) *Mons Calvariae*, qui dicitur, formatus ex auri argentique venis praeſtantiſſimis. Tegitur arcula ex lign. nigr. facta, cujus latus adverſum vitro eſt contectum. 6 $\frac{5}{8}$ long. 3 $\frac{1}{4}$ lat. 4 $\frac{3}{8}$ alt.

150. (*Cat. El. n. 7 f*) *Morum.* Electr. 1 1/4 alt.

151. (*Cat. D. n. 51*) *Navicula*, 1 $\frac{1}{8}$ profunda, pedi brevi inſiſtens, ornata, ad quatuor latera, capitibus et foliis, ex auro liquefacto coloribusque miſto inuſtis, et diſtincta in utroque latere longiori tribus rubinis. uno majore, et duobus minoribus. Pes auro elegantiſſime vinctus, et 14 Smaragdis ac totidem Opalis alterne collocatis, diſtinctus. Sardonyx, 1 $\frac{7}{8}$ alt. 3 $\frac{5}{8}$ long 1 $\frac{3}{12}$ lat.

152. (*Cat. Cur. n. 29 --- 32 c*) *Sex nautili*, in quorum nonnullis lineae nigrae ſunt ductae.

153 (*Cat Cur. n. 12*) *Nux Gogea*, quae dicitur, 3 $\frac{5}{8}$ diam. Ei alia minor, ovata, creſcendo adhaeſit. Ornamenta ejus varia ex auro, argento et metallo inaurato ſunt.

154. 155. (*Cat. Cur. n. 28 a et b*) *Ova duo ſtruthiocamelina.* 5 $\frac{3}{4}$ *et* 5 1/2 *long.* 4 $\frac{2}{3}$ craſſ.

156. (*Cat. El. n. 7 l et 7 m*) *Duo ova ſtruthiocamelina*, figuris caelatis ornata. Electr. unum 3 $\frac{2}{3}$ ampl. 5 $\frac{2}{3}$ alt. alterum 4 1/2 ampl. et 5 1/3 alt, ſimulque ſectum.

157. (*Cat. D P.*) *Ovum*, cum duplici apertura, majore

et

et minore, in utroque extremo, pyxidulae aptum. Sardonyx orient. al. 1 $\frac{7}{12}$ alt. 1 1/4 am.l.

158. (*Cat. D n.* 73) *Patera* oblonga sive forma ovata. Achat. orientalis alb pedetentim in violaceum transiens, 4 $\frac{1}{12}$ long. 3 $\frac{1}{8}$ lat

159. (*Cat. D.* n. 70) *Alia*, similis. Achat. id. 5 $\frac{7}{12}$ long. 4 1/3 lat.

160. (*Cat. D n* 68) *Patera*, similis. Achat. id. 6 $\frac{1}{3}$ long. 3 $\frac{2}{3}$ lat.

161. (*Cat. D. n.* 69) *Alia*, similis. Achat. id 6 $\frac{3}{4}$ long. 3 lat.

162. (*Cat. D. n.* 70) *Alia*, similis. Achat. id. cujus multae striae, prout vertas, in carneolum transeunt, 7 $\frac{1}{4}$ long. 4 1/8 lat.

163. (*Cat. D n.* 59) *Alia*, similis. Achates subviridis aeque ac subruber, sparsusque maculis albis, 4 1/2 long. 2 $\frac{1}{12}$ lat.

164. (*Cat. D. n.* 114) *Alia*, similis. Iaspachates, 4 $\frac{2}{12}$ long. 3 lat.

165. (*Cat D. n.* 92) *Alia*, similis. Achates musco adhuc obductus (*Moosachat*) 4 $\frac{1}{12}$ long. 3 1/8 lat.

166. (Cat. D. n. 25) *Alia*, ovata, cum pede, ex uno fragmine facto, tribusque annulis aureis inustis cincto. Chalcedon. oriental, rosei coloris, 3/4 prof. long. 2 1/4 lat.

167. (*Cat. D n.* 20) *Alia*, oblonga, insistens pedi, eadem ex gemma facto, vinctoque annulo argento aurato. Chalcedon. orient. ruber albescens, $\frac{5}{8}$ prof. 2 $\frac{1}{12}$ long. 2 lat.

168. (*Cat. D. n.* 97) *Alia*, priori similis, pede nitens, cujus quasi planta argento inaurato circumclusa est. Carneol. rub oriental. 1/2 prof. 2 $\frac{5}{12}$ long. 2 lat.

169. (*Cat. D. n* 28) *Alia*, oblonga, et fundum versus angustior, insistens pedi, quem aurum inustum ambit, ex eodem fragmine cum patera et ansulis, Sirenum forma, efficto. Granatus Tyrolensis muscam obductam continens, $\frac{5}{8}$ prof. 2 1/8 long 1 $\frac{5}{12}$ lat.

170. (*Cat D. n.* 116) *Alia*, ovo seu conchae similis, cujus margo laterum majorum quasi arcuatus. Ansam et pedem firmant vincula argentea inaurata. Granites flavus rubescens Austriacus, 1 1/3 prof. 4 1/2 long. 3 1/3 lat.

171. (*Cat. D. n.* 54) *Alia*, oblonga, insistens fulcro longiori, tribus annulis aureis inustis vincto Iaspis varie-

ga-

gatus, Chalcedonio mixtus, et cortice veluti muſco tectus, 1 $\frac{1}{2}$ prof. 3 $\frac{3}{4}$ long. 2 1/2 lat.

172. (*Cat. D. n.* 91) *Alia*, ſimilis, fundum verſus ſeſe contrahens. Anſa et pes laminis argenteis caelatis perforatisque et inauratis admodum venuſte ornati. Achates carnei coloris Bipontinus, maculis exiguis aliorum colorum ſparſus, 1 $\frac{5}{8}$ prof. 4 $\frac{1}{2}$ long. 3 $\frac{1}{2}$ lat.

173 (*DC*) *Patera*, prorſus ſimilis, una cum pede. Carneolochalcedon. flavus orient. 1 $\frac{3}{4}$ prof. 5 $\frac{3}{4}$ long. 3 lat.

174. (DB) *Alia*, ſimilis, profundior, in qua marginis latus unum brevius nonnihil introrſus curvatum, variisque figuris caelatis ornatum. Habet fulcrum brevius. Carneolachates Bipontin. 2 1/3 prof. 4 1/4 long. 3 $\frac{3}{4}$ ampl.

175. (*DA*) *Alia*, ſive *patina*, inſiſtens pedi. In utroque latere exſtat quaſi verruca, ſegminibus inde amputatis, ut anſa adplicari poſſit. Iaſpis viridis rubeſcens, Chalcedonio et variis Cryſtallis mixtus: ac cortice veluti muſco tectus, *Swirow* — Bohemicus, 2 1/4 prof. 7 $\frac{1}{2}$ ampl.

176. (*Cat. D. n.* 34) *Alia*, major et oblonga, octo ſegmina, majora aeque ac minora, habens. Lapis Nephriticus Turcicus, optimi generis, 1 7/8 prof. 10 $\frac{1}{2}$ long. 5 $\frac{5}{8}$ lat.

177. (*Cat. D. n.* 62) *Alia*, itidem oblonga, fulcro inſiſtens. Chalcedon. albus undulatus Oriental. 1 $\frac{5}{12}$ prof. 5 $\frac{3}{8}$ long. 3 $\frac{7}{12}$ lat.

178. (*DE*) *Alia*, prorſus ſimilis, niſi quod ſex ſaltem ſegmina amputata. Steatites Sinenſis, 1 $\frac{3}{4}$ prof. 5 $\frac{7}{12}$ long. 4 lat.

179. (*Cat. D. n.* 86) *Alia*, prorſus ſimilis, pedi plano inſiſtens. Iaſpachates plurium colorum, et cortice veluti muſco obductus, e montibns Schemnic. Hungar. $\frac{5}{6}$ prof. 4 $\frac{5}{12}$ long. 3 $\frac{1}{8}$ lat.

180. (*Cat. D. n.* 24) *Alia*, pedi inſiſtens. Chalcedon. roſei coloris, undulatus, oriental. 1 $\frac{1}{12}$ prof. 5 5/12 long. 3 1/4 lat.

181. (*Cat. D. n.* 8) *Alia*, fere rotunda, ſex ſegminibus amputatis, fulcro plano inſiſtens. Iaſpis viridis orient. 1 1/12 prof. 3 $\frac{3}{8}$ long. 3 1/4 lat.

182. (*Cat. D. n.* 71) *Alia*, priori ſimilis, ſimili fulcro in-

insistens. Chalcedonius caeruleus undulatus Orient. 1 1/4 prof 4 1/4 ampl.

183. (*Cat. D. n.* 147) *Alia*, oblonga, insistens pedi altiori, quem ambiunt tres annuli argentei, inaurati et inusti. Chalcedonius caeruleus, musco fusco tectus, et variis locis Carneolo flavo et rubro mixtus, ¾ prof. 3 1/4 long. 2 lat.

184. (*Cat. D. n.* 148) *Patera*, priori simillima. Achates fuscus, musco quasi obductus, et Chalcedonio ac Carneolo flavo mixtus, 2/3 prof. 3 long. 2 lat.

185. (*Cat. D. n.* 144) *Alia*, prioribus simillima, nisi quod 28 Granatis Bohemicis insuper exornata. Achates, qualis num. anteced. Chalcedonio mixtus, 1 prof. 3 7/8 long. 2 1/2 lat.

186. (*Cat. D. n.* 111) *Alia*, itidem simillima, sed quae praeterea 24 Granatis Orientalibus, ac totidem Topasiis Brasilienſibus, alternatim locatis, exornata est. Achates, qualis n. 184 et 185. ex agro Bipontino, 1 1/2 prof. 4 1/2 long. 3 1/6 lat.

187. (*Cat. D. n.* 66) *Alia*, oblonga, cujus margo quater arcuatus, et quae insistit pedi altiori, tuberculis exstantibus caelatis ornato, annulisque tribus argenteis inauratis vincto. Iaspis ruber Oriental. varios in colores transiens, 1 prof. 5 7/12 long. 3 lat.

188. (*Cat. D. n.* 20) *Alia*, priori similis, cujus margo nonnihil extrorsum curvatus, in lateribus longioribus elegantiori ratione est arcuatus, ut ansae ibi aptari potuerint. Pedem ejus ambit duplex annulus aureus, alter 17, alter 19 Granatis Bohemicis, distinctus. uti utraqua ansa, itidem aurea, 17 gemmis similibus ornata. Iaspis ruber virideſcens Oriental. pellucidus et musco quasi velatus, 1 ½ prof. 3 1/2 long 2 7/12 lat.

189. (*Cat. D. n.* 3) *Alia*, oblonga, cujus alterum latus brevius arcum minorem format, insistens fulcro, quod duo annuli argentei inaurati ambiunt. Iaspis ruber virideſcens Oriental. 1 prof. 4 1/2 long. 3 1/8 lat.

190. (*Cat. D. n.* 145) *Alia*, ovata, insistens pedi, quem ambiunt tres annuli argentei aurati, et inusti. Chalcedon. oriental variis crystallis mixtus, qui a *Mocca* cognomen ducit (Mocochalcedon.) 1 1/12 prof. 3 7/12 long. 2 ¾ ampl.

191. (*Cat. D. n.* 16) *Alia*, oblonga, cujus unum latus bre-

brevius arcum longiorem, ſed minus altum, efficit. Pes, cui inſiſtit, annulis argenteis inauratis cinctus, et 40 Granatis Bohemicis diſtinctus, uti utraque anſula pervenuſta 6 gemmulis ſimilibus. Iaſpis ruber virideſcens Bohemicus, Chalcedoniis venis et herbis aliis mixtus, 1 1/6 prof. 4 1/4 long. 2 3/4 lat.

192. (*Cat. D. n* 55) *Patera*, ovi forma, cujus in margine tria ſegmina quaſi amputata ſunt, pes vero ſine annulo ullo affixus. Iaſpis viridis, Chalcedonio albo, variis cryſtallis et herbis petrefactis, item Carneolo rubro mixtus, in Bohemia repertus, 1 5/12 prof. 3 7/8 long. 3 1/6 lat.

193. (*Cat. D. n.* 56) *Alia*, oblonga, cujus margo ſexies quaſi arcuatus, duplicique anſa, ex eodem fragmine. Inſiſtit pedi, duobus annulis aureis inuſtis concluſo. Iaſpis viridis Bohemicus, qualis fere num. anteced. 1 2/3 prof. 5 1/6 long. 2 7/12 lat.

194. (*Cat. D. n.* 39) *Alia*, oblonga, cujus margo in lateribus longioribus paullo latior et caelatus eſt: inſiſtit pedi, quem ambiunt duo annuli ex aurichalco facti inauratique. Lapis Nephriticus Turcicus mas, 1 1/8 prof. 5 1/6 long. 3 2/3 lat.

195. (*Cat. D. n.* 15) *Alia*, ovi forma, in qua concha et tubercula tam exſcalpta, quam inſcalpta. Latus transverſum ſuperius habet marginem latiorem, in quo itidem figurae caelatae. Fulcrum, cui inſiſtit, valde planum eſt. Iaſpis varii coloris Bohemicus, Chalcedonio, et hoc, illo, loco Carneolo mixtus, 1 3/4 prof. 4 1/8 long. 3 lat.

196. (*Cat D. n.* 149) *Alia*, oblonga et admodum plana, cochleari fere ſimilis: anſam in altero latere longiori efficit coluber, qui ab ejus fundo prorepens, marginemque pinnis apprehendens, in pateram introſpicit. Lapis nephriticus Turcicus, femina, 7/12 prof. 3 7/8 long. 2 1/2 lat.

197. (*Cat. D. n.* 75) *Alia*, fere oblonga, inſiſtens pedi, ex Sardonyche facto, ac tribus annulis argenteis inauratis vincto, habet operculum cum globulo, item ex Sardonyche, variis cryſtallis mixto, factum, cujus marginem. uti globulum, lamella argentea inaurata ambit. Sarda, cujus margini admiſta eſt macula Achatis albi, pluresque Carneolinae, 5/8 prof. 2 5/8 long. 2 5/12 lat.

198.

198 (Cat. D. n. 76) *Alia*, ſimilis, cujus pes eleganter vinctus eſt argento inaurato, ac duplici annulo, Smaragdis 22 exornato. Chalcedonius albus rubeſcens, variis Cryſtallis mixtus, ex agro Bipontino, 1 prof. 2 7/8 long 2 7/12 lat.

196. (Cat D.n. 108) *Patera*, rotunda, fuſcro brevi inſiſtens. Smaragdoprafius porraceus Orientalis, 1 7/12 prof. 3 1/4 ampl.

200 (Cat. D. n. 66) *Alia*, inſiſtens pedi, qui auro vinctus eſt. Iaſpis viridis Oriental. rubris punctis diſtinctus, 1 1/8 prof. 2 7/21 ampl.

201. (Cat. D. n. 113) *Alia*, quam ſuſtentat fulcrum breve, argento caelato, perforato, inauratoque vinctum, et ſex Rubinis ſeu pyropis ornatum. Chalcedon. Oriental. cortice muſcoso tectus. 1 5/8 prof. 2 3/8 ampl.

202. (Cat. D. n. 67) *Alia*, cujus duae anſae venuſtae, argenteae et inauratae ſunt, pes etiam argento vinctus, et auratus eſt. Chalcedon. oriental. caeruleus undulatus 1 5/8 prof. 3 11/12 ampl.

203. (Cat. D. n. 95) *Alia*, in qua tubercula eminentia caelata, inſiſtens pedi brevi, quem duo annuli aurei ambiunt, anguſtior, et latior, tsque ſimul perforatus: quorum ille 4 Rubinis totidemque gemmis Turchinis, hic duplici eorum numero exornatus eſt. Chalcedonius lacteus Orientalis, 1 5/8 prof. 4 1/4 ampl.

204. (Cat. D. n. 61) *Alia*, in qua tubercula transverſe inciſa. Eam ſuſtentat fulcrum, auro vinctum et quatur margaritis grandiuſculis ornatum Chalcedon. Orientalis caeruleus undulatus, in quo, ſi luci obvertas, ſuccum Carneolinum animadvertis, 1 1/4 prof. 5 1/3 ampl.

205. (Cat. D. n. 74) *Alia*, ovi fere forma, cujus anſae pervenuſtae ex argento factae et auratae, uti pes etiam argento aurato vinctus eſt. Chalcedonius, qualis num. anteced. 1 prof. 4 3/8 long. 3 5/8 lat.

206. (Cat. D.n. 107, *Alia*, ſ. *cratera*, fulcro brevi inſiſtens. Chalcedonius, admixto Carneolo rubro, variis cryſtallis et punctis, 1/2 prof. 2 ampl.

207. (Cat. D M) *Alia*, fracta quidem, ſed refecta. Chalcedonius plerumque Sarda mixtus, 1 fere prof. 1 5/12 ampl.

208. (*Cat. Eb. n.* 52 *b*) *Alia*, ovata, plana, octo lamellis quaſi compoſita. Ebur, 1 ⅜ alt. 6 ¾ et 5 1/3 ampl.

209 (*Cat. n.* 25) *Alia*, ovata, ſex quaſi gyris arcuata, ſtriata cujus in margine volutae circumcirca inciſae: habet duas anſas aureas, quae Sirenes repraeſentant, et ornamenta alia, colore aureo inuſta. Cryſtall. mont. 2 5/12 alt. 8 long. 4 11/12 lat.

210. (*Cat. n.* 00) *Alia*, fere plana, conchae forma, in qua conchae aliae caelatae ſeu exſcalptae. Cum pediculo ex uno fragmine. Cryſtall. mont. 4 1/4 long. 3 ⅝ lat.

211. (*Cat. n.* 79) *Alia*, cymbae profundae forma, cujus in margine pinnae piſcium incidendo formatae. Inſiſtit pedi caelato, et tribus annulis elegantibus vincto. Cryſtall. mont. 2 1/12 prof. 6 7/12 long. 4 1/12 lat.

212 (*Cat. n.* 103) *Alia*, oblonga, quatuor gyris arcuta, ſul. roque brevi inſiſtens: anſulae in utroque latere annulis aureis firmatae ſunt. Cryſtall. mont. 1 1/12. alt. 4 3/4 long. 3 2/3 lat.

213. (*Cat. n.* 104) *Clia*, octo gyris in margine arcuata, ceterum plane ſimilis. Cryſtall. mont. 1 1/4 prof. 6⅝ long. 4 3/4 lat.

214. (*Cat. n.* 40) *Alia*, in cujus margine decem ſegmina amputata, et in qua parum caelaturae. Fulcrum ſ. pes cum planta ex argento inaurato, duas anſas. eleganter factas habet. Omnia quaſi diſtincta ſunt 111 lapillis, majoribus et minoribus, caeruleis, quos a Turcis appellare ſolent.. In pedis margine 21 lapilli albi ſunt. Cryſtall. mont. 1 1/3 prof. 5 1/2 long. 2 11/12 lat.

215. (*Cat. n.* 49) *Alia*, crura aequalia, ſed angulos obtuſo habens, ſepties arcuata quidem, ſed ita, ut vix obſervare queas. In ea flores caelati. Habet praeterea pedem et duas anſulas. Cryſtall. mont. 1 1/3 prof. 2 ⅝ alt. 4 1/2 lat.

216. (*Cat. n.* 67) *Alia*, oblonga, ſcaphae vel ovi dimidiati forma, in qua volutae caelatae, fulcrum breve, anſulae, alia, cernuntur. Cryſtall. mont. 1 7/12 prof. 5 1/4 long. 3 1/12 lat.

217) (Cat. n. 84) Alia, conchae forma, parum arcuata: cujus pes longus affixus eſt duobus annulis argenteis inauratis, diſtinctusque 17 lapillis Turchinis. In pa-

tera

tera et pedis planta roſae cum pediculis caelatae. Cryſt. mont. 1 1/12 prof. 4 1/8 long. 2 7/8 lat.

218. (*Cat. D. n.* 132 *a*) *Patella*, non multum diſſimilis inferiori, qua Caldam bibere ſolemus. Demium canum *Sinenſe*, ſive Steatites (Spekſtein), 2 2/3 ampl. Orbis, in quo ſtat, plexus eſt filis argenteis: unde duae anſulae cum totidem uncinulis ſurgunt, patellam ita tenentibus, ut in eis verſari queat.

219. (Cat. D. n. 98 *b*) *Alia*, ovata, margine ſingulari ooncluſa, inſiſtens pedi argenteo et inaurato. Globulus Carneolinus Bohemicus, isque ruber, (*Bochmiſche rothe Carneolkugel*) 2 2/3 long. 1 3/8 lat.

220. (*Cat.* D. n. 27) *Alia*, rotunda, cum tuberculo minuto et fere plano, parum eminente, quo ſtare queat. Orites ruber (lapis perratus, auro par aeſtimari ſolitus) 2 7/12 ampl. et 1 prof.

221. (*Cat. D. n.* 29) *Alia*, ſimilis ſuperiori, qua Caldam bibere ſolemus, in cujus ſuperficie exteriori varia ornamenta, item lineae rectae et transverſae ſunt ductae. Granatus oriental. 1 11/12 ampl. 1 1/4 alt.

222. (*Cat. D. n.* 9 *a*) *Alia* inſiſtens pedi, qui ex laſpide viridi factus, et duobus annulis aureis inuſtis cinctus eſt. Iaſpis virid. oriental. cortice micaceo viridi obductus (*Moosiaſpis*) admixtis particulis Chalcedon. veluti Chryſopraſius. 5/12 prof. 1 5/12 lat. 1 5/6 long.

223. (*Cat. D. n.* 9 *b*) *Alia*, non ſolum priori ſimilis, ſed etiam ſimul cum pede tornata eadem ex gemma, qua pes antecedentis fictus eſt. 3/8 prof. 1 11/12 long. 1 1/2 lat.

224. (*Cat. D. n.* 30) *Alia*, oblonga, cum fulcro et operculo, auro inuſto vinctis, ex una eademque gemma. Carneolus ruber Turcicus, 7/12 prof. 2 1/8 long, 1 1/6 lat.

225. (*Cat D. n.* 106) *Alia*, ſimilis ſuperiori ei, qua Caldam bibimus, nitens fulcro fere plano. Chalcedon. lacteus albeſcens, ex Bohemiae montibus gigant. 1 prof. 2 1/2 ampl.

226. (*Cat. D n.* 125.) *Alia*, priori ſimilis, margini inſiſtens Demium *Sinenſe*, vulgo *Steatites*, 1 1/12 prof. 2 5/6 ampl.

227 (*Cat. D. L. l.*) *Alia*, priori ſimilis, cum cratera adeam pertinente, itidem margini inſiſtente. Ea, 1 1/8 prof. 2 5/8 ampl. facta ex Chalcedonio violaceo, haec, 3/4 prof.

prof. 4 1/3 ampl e Chalcedon. caeruleo undulato, variis cryſtallis mixto

228. (*Cat. D. n.* 146) *Patera*, rotunda et fere plana, cujus margo quinquies arcuatus, pes annulo argenteo inaurato munitus. Iaſpis viridis orientalis rubris punctis diſtinctus, 5/8 prof. 4 3/8 ampl.

229. (*Cat. DK*) *Alia*, oblonga. Sarda, mixta macula Chalcedon. 1 7/8 prof. 2 1/2 long. 1 2/3 lat.

230. (*Cat. D. n.* 122) *Alia*, ſimilis Chalcedon. *Bipontinus*, 1/3 prof. 1 5/8 long. 1 3/8 lat.

231. (*Cat. D. n.* 87 *b*) *Alia*, ſimilis. Chalcedon Bohem. mixtus Carneoli rubri macula, 1/3 prof. 1 2/3 long. 1 1/2 5/8 lat.

232 (*Cat.* D. *n.* 18) *Alia*, ſimilis, plantae inſiſtens. Iaſpis Oriental. viridis rubeſcens, cortice velut muſco tectus, et Chalcedon. mixtus, 1/3 prof. 1 1/2 long. 1 1/8 lat.

233 (*Cat.* D. *n.* 17) *Alia*, vel potius *pocillum*, cujus pes duplici annulo aureo et encauſto ornatus. Iaſpis viridis Oriental. cortice tanquam muſco tectus, 3/8 prof. 1 1/2 ampl.

234. (*Cat.* D. *n.* 21 *bb*) *Alia*, fulcro inſiſtens, polita, ut puaſi facies habeat — — — 5/8 prof. 2 1/2 1/2 ampl.

235. (*Cat. n.* 26) *Alia* trigona, in qua caelatae ſunt volutae, et conchae exſtantes: pedi inſiſtit, tribus orbibus aureis inuſtis vincto. Cryſtall. mont. 4 1/8 alt. et lat. 1 2/3 profund.

236. (*Cat. n* 95) *Alia*, forma catilli lignei, annulo et caelatis figuris ornata. Cryſt. mont. 1 2/3 alt. 4 1/2 ampl.

237. (*Cat. n.* 96) *Alia*, ovata, paullulum admodum caelata, inſiſtens pedi altiori, per annulum aureum, encauſto nigro obductum, affixo. Cryſtall. mont. 1 5/8 prof. 4 5/8 long. 4 ampl.

238. (*Cat. n.* 97) *Alia*, priori ſimilis, niſi quod ora quatuor ſegmina inaequalia habet. Inlecta nonnulla volantia, et pauca alia, in ea caelata. Habet anſulas eodem ex fragmine factas, et pedem ſine annulo affixum. Cryſtall. mont. 1 1/8 prof. 4 1/2 long. 3 5/8 lat.

239. (*Cat. n.* 74) *Alia*, priori ſimilis, niſi quod quatuor ſegmina aequalia ſunt. Nititur pede ſatis alto, cu-

jus

jus duae partes annulo argenteo continentur. Cryst. mont. 1 $\frac{3}{4}$ alt. 6 $\frac{7}{12}$ long. 5 lat.

240 (*Cat. n.* 23) *Patella*, rotunda, in qua tubercula quasi torta exstant, cum puplici ansa, et annulo argenteo inaurato. Crystall. mont. 1 1/2 prof. 4 $\frac{5}{8}$ ampl.

241 (*Cat. n.* 70) *Alia*, ovata, in qua volutae et fructuum funiculi caelati, insisteus pedi, duobus annulis aureis inustis ornato. Crystall. mont. 1 $\frac{1}{12}$ prof. 4 $\frac{3}{4}$ long. 3 $\frac{3}{8}$ lat.

242. (*Cat. n.* 71) *Alia*, priori similis, cum cono infra eminente, quem quasi ambit planta ex fluore metallico aurato parata, volutis quibusdam incisis. Cryst. mont 1 1/12 prof 4 1/3 long. 2 7/8 lat.

243. (*Cat.* n. 98) *Alia*, ovata, sive *crater*, cujus in ora summa duo segmina fere aequalia amputata. In utroque latere est ansula per annulos firmata, cum volutis avibusque caelatis. Nititur pedi. Crystall. mont. 1 $\frac{1}{12}$ prof. 4 $\frac{5}{12}$ long. 4 1/8 lat.

244. (*Cat n* 99) *Alia*, rotunda, in qua funiculi fructuum caelati: pes, cui insistit, ornatus duobus annulis aureis inustis; uti globulus operculi caelati simili annulo affixus est Crystall. mont. 1 1/3 prof. 4 1/8 ampl.

245. (*Cat. n.* 100) *Alia*, priori similis, in qua volutae caelatae: pes uno saltem annulo vinctus, et in operculo, globuli loco, est annulus. Crystall. mont. 1/8 prof. 4 1/4 ampl.

246. (*Cat n.* 100*a*) *Alia*, minor et rotunda, vel *crater:* in quo tubercula exstant. Crystall. mont. 1 $\frac{3}{4}$ prof. 2 $\frac{5}{12}$ ampl

247. (*Cat. n.* 101 *b*) *Alia*, priori similis. Cryst. mont. 1 1/8 prof. 2 1/3 ampl.

248. (*Cat. n.* 17 *a*) *Alia*, rotunda, cum fulcro, duobus annulis inustis ornato, in qua tubercula caelata. Crystall. mont. $\frac{5}{6}$ alt. 1 $\frac{5}{6}$ ampl.

249. (*Cat. n.* 17 *b*) *Alia*, priori similis, cujus operculum itidem figuras caelatas et globulum habet. Crystall. mont. 3/4 alt. 1 $\frac{5}{8}$ ampl.

250. (*Cat. n.* 22) *Patella*, oblonga, vanni fere forma, cum margine nonnihil curvato et inciso, fulcro insisteus. Crystall. mont. $\frac{5}{6}$ alt. 4 $\frac{1}{12}$ long. 2 $\frac{3}{4}$ lat.

251. (*Cat Eb. n.* 2 *m*) *Patina* quaedam, cum operculo, valde oblonga et plana, cujus in medio quasi canalis quidam cum alio operculo est. Ebur. 1 5/12 alt. (una c. operculo, 2 $\frac{1}{8}$ alt.) 11 long. 5 $\frac{1}{2}$ lat. 252.

quaſi gyris arcuatum. In ea, uno ex fragmine facta, figurae, arbores, al. inciſae. Cryſtall. mont. 3 1/2 alt. 9 1/3 long. 7 5/6 lat.

253 (*Cat. Eb. n. 56*) *Pediculi* admodum ſubtilis genus ex uno fragmine, qui ſex quaſi culmos habet, variis gyris artificioſe ſeſe amplectentibus, in baſi itidem artificioſe venuſteque facta. Ebur, 6 1/4 alt.

254. (*Cat. A. n.* 873) *Pes*, inde ab extrema ſura incipiens, ſoleatus, corrigiis eleganter diſpoſitis, longe tamen aliter, quam in exemplis a Montefalc. T. III. datis. Aes, cavum, 3 1/4 alt. 5 long.

(Votum aut Aeſculapio, aut Mercurio, redditum.)

255. (*Cat. A. n.* 874) *Pes dexter*, ultra talos, cavus. Votum. Aes, 3 1/6 long 1 5/8 alt.

256. (*Cat. A. n.* 686) *Alius*, ultra talos, cavus, ſoleatus, corrigiis eo modo aptis, ut ſolvi non potuiſſe, nec debuiſſe videantur. Ungues nimis depreſſi: unde nonnemo probabile putat, eos ex alia meliore materia factos periiſſe. Votum. Aes, 4 3/8 long. 2 dig. 2 1/2 lin. alt.

257. (*Cat. A. n.* 687) *Pes ſiniſter*, puerilis, cavus, talis tenus. Votum. Aes, 3 7/8 long. 2 1/4 alt.

258. (*Cat. A, n.* 876) *Planta dimidia* pedis dextri, mulieris, ut videtur, ſoleata, inferne cava, et veſtimenti lacinia nonnihil tecta. Unde dubium, ſitne votum, an ſtatuae fragmentum. Aes, 3 7/8 long. 2 1/2 lat.

259. (*Cat. A. n.* 875) *Alia*, priori ſimilis, niſi quod veſtimenti nihil apparet. Ratio corrigiarum ligandarum in hac minus uſitata. Aes, 4 7/8 long. 2 2/3 lat. optime conſervatum, ut plane novum eſſe videatur.

260. (*Cat. B. n.* 132*e*) *Planta pedis dextri* dimidia. Marm. alb. 1 7/12 long. 1 2/3 lat.

261. (*Cat. D I*) *Pocillum*, cujus pes repraeſentat hominem currentem, fictum ex argento inaurato, plantam ipſam argento aurato muniente. Chalcedon. caeruleus undulatus, Carneolo rubro mixtus, 1/3 fere prof. 1 1/12 ampl.

262. (*Cat. D. n.* 50) *Aliud*, in quo decem quaſi frontes politae, et caelatae, cum pede, uno ex fragmine. Operculi frontem utramque non minus, quam pedis plantam, munit argentum inauratum filatim ductum-

Chalcedon. oriental. caeruleus, Carneolo flavo mixtus, 2/3 prof. 1 1/6 ampl.

263. (*Cat. n.* 102 *b*) *Aliud*, cum fulcro, uno ex fragmine: in quo tubercula, ſtriaeque exſtantes caelatae: cujus operculum eodem modo ornatum eſt. Globulum ejus firmat annulus aureus. Cryſtall. mont, 1 5/6 alt. 1 11/12 lat.

264. (*Cat. n.* 102 *b*) *Aliud*, fere ſimile, cujus fulcrum annulo aureo vinctum, et caelatis tuberculis ſtriisque ornatum. Ejus operculum cum globulo, ex uno fragmine, itidem caelatum eſt. Cryſtall. mont. 1 $\frac{5}{12}$ alt. 2 1/4 ampl.

265. (*Cat.* D. *n.* 12) *Aliud*, cujus pedem brevem duplex orbis aureus inuſtus, in medio minor, in margine extremo major ambit. Iaſpis flavus, paucis maculis viridibus rubrisque ſparſus, 1 1/2 ampl. 1 5/12 fere alt.

266 (*Cat.* D. *n.* 48) *Aliud*, cujus pediculum quaſi verruca, auro cincta, efficit. Carneolus palleſcens, maculis rubris ſparſus, 1 7/12 ampl. 1/4 alt.

267. (*Cat.* D. *n.* 78) *Aliud*, cujus pediculum orbes aurei inuſti, medium quidem minor, imum major et latior, ambiunt. Chalcedonius, (quem nonnemo Carneolum album appellare malit) 1 3/4 ampl. 1 1/6 alt.

268. (*Cat.* D. *n.* 44) *Aliud*, majus, cujus fulcrum circumcluſum eſt argento inaurato. Carneolus albus, partim etiam Achates albus pellucidus figuris dendriticis, ſeu Dendrachates, 2 1/2 ampl. 1 7/12 alt.

269. (*Cat.* D. *n.* 43) *Aliud*, priori ſimile. Sardonyx, 2 $\frac{2}{3}$ fere ampl. 1 7/12 alt.

270 (*Cat.* D. *n.* 126) *Aliud*, qualis fere patella, qua Chocolatam bibimus. Carneolus obſcurvo flaveſcens, 2 $\frac{2}{3}$ ampl. 2 alt.

271. (*Cat.* D. *n.* 127) *Pocillum*, quale fere n. 221. in fundo marginem, cui inſiſtat, habens. Carneolus,

qua-

qualis n. anteced. maculis rucris ſparſus, 1 $\frac{7}{8}$ ampl. 1 1/3 alt.

272. (*Cat.* D. *n.* 47) *Aliud*, in fundo quaſi verrucambens, cui inſiſtat. Carneolus pallidus, maculis et ſtriis rubris albisque ſparſus, 1 2/3 ampl. 1 5/12 alt.

273. (*Cat.* D. *n.* 98) *Aliud*, pede latiori inſtructum, quem medium et imum orbis aureus inuſtus ambit. Carneolus ruber maculis albis ſparſus, 1 $\frac{7}{8}$ ampl. 1 $\frac{1}{2}$ alt.

274. (*Cat.* D. *n.* 104) *Aliud*, priori ſimile, niſi quod exterior ſuperficies quaſi torta, ſive transverſim ſtriata eſt. Carneolus albus faſciis luteis ornatus, 1 $\frac{1}{2}$ fere ampl. 1 1/6 alt.

275. (*Cat.* D. *n.* 105) *Aliud*, pedi longiori, et auro liquefacto vincto, inſiſtens. Carneolus lacteus rubeſcens, qui lumini obverſus colore rubro praeſtantiſſimo radiat, 1 1/3 ampl. 1 1/2 alt.

276. (*Cat.* D. *n.* 22) *Aliud*, 3 fere dig. ampl. cujus pes argento cinctus et inauratus eſt. Globulus Sardae Bohemicae (*Böhmiſche Karneolkugel*) quacum varia cryſtalli ſata creſcendo conjuncta ſunt, 3 5/8 alt.

277. (*Cat.* D. *n.* 98 *a*) *Aliud*, idque valde planum, ut patellae ſimilius ſit, ſuper pede rotundo et ſatis amplo, quem margo caeruleus cingit. Gloculus, qualis n. anteced. 1 5/12 alt. 1 $\frac{7}{8}$ ampl.

278. (*Cat.* D. *n.* 112) *Aliud*, cujus pedem duo annuli aurei ambiunt. Chalcedonius terra viridi ſeu muſco obductus (*Mooschalcedon*), 3 alt. 2 11/12 ampl.

279. (*Cat.* D *n.* 5) *Aliud*, anſulas valde venuſtas habens et fulcrum, cui nitatur: quae facta ſunt ex argento inaurato et encauſto varii coloris. Iaſpis orient. plurium colorum, 3 2/3 ampl. 2 5/12 alt.

280. (*Cat* D. *n.* 123) *Aliud*, ovi forma. in margine ſuperiori collum breviuſculum habens: cujus anſae ex filis argenteis plexae, uti et alia. Iaſpachates ruber cryſtalliſatus, 2 5/8 prof. et ampl.

281. (*Cat.* D. *n.* 57) *Aliud*, cum pede, cui inſiſtit, et quinque annulis aureis inuſtis cinctus eſt, ex uno fragmine. Chalcedon. orient. viridis cruſta ſeu muſco obductus (*Mooschalcedon*) 3 1/3 prof. 2 $\frac{3}{8}$ ampl.

282. (*Cat.* D. *n.* 77) *Poculum*, antecedenti prorsus simile. Chalcedon. orient. 1 1/3 prof. 2 $\frac{5}{8}$ ampl.

283. *Cat.* D. *n.* 63) *Aliud.* Chalcedon. alb. Bipontin. viridi crusta seu musco obductus (*Mooschalcedon*), 1 $\frac{1}{12}$ prof. 2 ampl. Insistit pedi, qui partim eodem ex fragmine, partim ex lapide varii coloris factus, et quatuor annulis aureis inustis cinctus est.

284, *Cat.* D. *n.* 89) *Aliud*, duobus prioribus fere simile, cum operculo et fulcro aureo, variis coloribus liquefactis obducto. Lapis Nephriticus, seu Serpentinus viridis Romanus, 1 5/6 prof. 1 1/3 ampl. max.

285. (*Cat.* D. *n.* 49) *Aliud*, priori simile, cum operculo et fulcro, cujus extremum infimum ambit annulus aureus inustus. Onyx orientalis, 1 7/12 prof. 1 5/12 ampl. max.

286. *Cat.* D. *n.* 81) *Aliud*, prorsus simile: in quo est operculum, annulus aureus, cum duabus ansulis, collum ambiens, et duo alii, fulcrum cingentes. Onyx Orientalis concretus cum crystallo, 1 $\frac{7}{12}$ prof. 1 1/3 ampl. max.

287. (*Cat.* D. *n.* 80) *Aliud*, cui deest operculum, etsi annulus aureus cum duabus ansulis collum, et duo alii fulcrum ambiunt. Onyx orientalis optim. 1 1/4 prof. 1 2/3 ampl. max.

288. (*Cat.* D. n. 19) *Aliud*, majus, pedi altiori insistens, quem tres annuli aurati ambiunt. Onyx Orientalis fasciis variorum colorum eleganter in eo natis et dispositis, 3 $\frac{7}{12}$ prof. 5 1/2 ampl.

289. (*Cat.* D. *n.* 118) Aliud, insistens pedi altiori, ex aliquo Onychis genere facto, et duobus annulis argenteis vincto. Chalcedon. caeruleus Bipontinus, 2 dig. 1/2 l. prof. 4 3/8 ampl.

290. *Cat.* D. *n.* 96) *Aliud*, cujus ora octo gyris arcuata, quodque fulcro brevi latoque insistit. Steatites Sinensis, 2 3/8 prof. 5 1/6 ampl.

291. *Cat.* D. *n.* 101) *Aliud*, sed singulari ratione formatum, ita ut ora superior introrsum curvata pyrum quasi repraesentet, cujus folia, et ornamenta alia in superficie caelata. Insistit brevi pedi, quem annulus ex aurichalco factus firmat. Iaspie Arabicus, cujus color rufus in carneum transit, 4 1/4 prof. 4 $\frac{1}{8}$ long. 3 $\frac{3}{4}$ ampl.

292.

292. (*Cat.* D. *n* 13) *Poculum*, ſeu *patera* oblonga, cujus latera marginis longiora introrſum, breviora extrorſum curvata ſunt: inſiſtens pedi altiori, duobus annulis argenteis inauratis firmato. Iaſpis ruber virideſcens Orientalis, coloribus aliis ſimul admiſtis, 2 1/6 prof 5 ½ long. 3 2/3 lat.

293. (*Cat* D. *n*. 64) *Aliud*, triangulare, cujus anguli rotundati ſunt, nec fundum verſus anguſtius eſt. Margo ejus introrſum curvatus, praeter locum, quem bibens ori adplices: itemque frondibus et tuberculis caelatis ornatus. Inſiſtit pedi alto, quatuor annulis argenteis auratis, 108 Smaragdis, ac compluribus Sapphiris Topaſiisque Braſilienſibus, uvarum modo collocatis, elegantiſſime exornato. Iaſpachates carnei coloris Hungaricus, 2 prof. 4 ½ ampl.

294) (*Cat.* D. *n*. 100) *Aliud*, fere oblongum, in quo folia majora caelata: habens, praeter operculum, pedem, annulo argenteo inaurato vinctum. Iaſpis flavus Arabicus, 2 ½ prof 3 1/2 long. 3 1/8 lat.

295. (*Cat*. D. *n* 128) *Aliud*, hemiſphaerii excavati forma, inſiſtens fulcro alto, annulis duobus argenteis vincto. Chalcedonius caeruleus undulatus Orientalis, 1 ⅞ prof. 4 ⅛ ampl.

296. *Cat*. D. *n*. 4) *Aliud*, fundum verſus acutum: cujus pedem duplex annulus aureus, albo fluore obductus, ambit. Iaſpis viridis orientalis eximius, punctis rubris diſtinctus, (cujus libra una 10 ducatos valet) 1 7/12 prof. 3 ampl.

297. *Cat*. D. *n*. 110) *Aliud*, priori prorſus ſimile: cujus pes, annulo vinctus, inſiſtit, velut plantae, lamellae ſatis grandi argenteae, inauratae. Iaſpachates fuſcus flaveſcens, cortice veluti muſco tectus, et Chalcedon. mixtus, ex agro Bipontino, 1 7/12 prof. 3 1/4 ampl.

298. (*Cat*. D. *n*. 6) *Aliud*: cujus pes, praeter annulum argenteum auratum, puo vinctus eſt, 22 Granatis Bohemicis totidemque lapillis Turchinis exornatus eſt. Achates fuſcus et antecedenti gemmae fere ſimilis, 1/8 prof. 3 ampl,

299. (*Cat. Eb. n*. 36) *Poculum*, ſalutaribus propinandis deſtinatum, cum operculo grandiuſculo et pede alto. In interiore operculi fronte litteris minutis ſcripta:

Dei

Dei Gratia AVGVSTVS, COMes PALatinus RHENi, DVX BAVARIAE, IVLii, CLIviae ET MOntium. In pede ſcripta haec ſunt: MARCVS HEIDEN ET IOHANNES EISENBERG ME ELABORARVNT In AVLICA OFFICINA SAXO- COBVRGica. GOTT ALLEIN DIE EHRE. ANNO 1630. IANuario menſe. Ebur, 18 alt. 4 1/2 ampl.

300. *Cat. Eb. n. 37) Aliud*, ovatum, ſimili conſilio elaboratum, cum operculo ac pede. Ebur, 9 alt. 4 et 3 5/12 ampl.

301 *Cat. Eb. n. 39) Aliud*, ſimile, ſed minus, et fundum verſus anguſtius, itidem cum operculo, et pede alto: qui vertendo demi poteſt. Ebur, 8 1/4 alt. 2 1/2 et 2 1/4 ampl.

302. *Cat. n. 39) Aliud*, pedi inſiſtens, figuris inciſis ornatum: cujus operculum, annulo inſtructum, non minus, quam pedem, aurum vindit, in quo encauſtum flores varios exhibens. Cryſtall. mont. 4 1/2 alt. 2 1/12 ampl.

303. (*Cat. n. 37*) *Aliud*, priori fere ſimile, cujus pes encauſto aureo nigro obductus eſt. Cryſtall. mont. 4 3/8 alt. 2 1/2 long. et 2 1/4 lat.

304. (*Cat n. 64*) *Aliud*, ſine pede, in quo frondes variae inciſae Fundus encauſto aureo concluſus: operculum habet, praeter varios ſcrobiculos inciſos, ad centrum globulum exſtantem, auro liquefacto vinctum. Cryſtall. mont. 2 2/3 alt. 2 1/12 ampl.

305. *Cat n. 65*) *Aliud*, priori prorſus ſimile, niſi quod auri nonnihil in globulo deficit. Cryſtall. mont. 2 3/8 alt. 2 1/2 ampl.

306. *Cat. n. 63*) *Aliud*, ſine pede, in quo duplex ſeries quadratorum inciſa, cum operculo, cujus globulus auro vinctus aliquid detrimenti cepit. Fundus auro cinctus eſt, cui lineolae nigrae quaſi inuſtae. Cryſtall. mont. 2 5/8 alt. 3 1/12 ampl.

307) *(Cat. n. 8) Aliud*, in quo hermae, ſiſcellae cum funiculis florum et fructuum, geniis; Tritonibus et monſtris marinis, alia, inciſa. In operculo quaſi fornicato inciſi ſunt pueri, ſertum ingens e pampinis uvisque flexum geſtantes, in eoque eſt globulus orbe, aureo cinctus. Neque pes, duabus partibus conſtans,

ſine

ſine auro aliisque ornamentis eſt. Cryſtall. mont. 1 ped. fere alt. una cum operculo, 4 7/8 ampl.

308. (*Cat. n.* 92) *Poculum*, in quo inciſi dracones æquorei, et volutae foliorum: triplici orbe aureo cinctum, quorum unus pedem poculo ipſi jungit. Cryſtall. 5 7/12 alt. 2 5/12 ampl.

309. (*Cat. n.* 52) *Aliud*, cum pede admodum brevi, ſtriatum concluſumque duplici orbe aureo, qui encauſto nigro obductus eſt. Operculum, itidem ſtriatum, habet duplicem globulum, cryſtallinum, et huic impoſitum aureum, fluore metallico oblitum. Cryſt. mont. 5 1/2 alt. 2 7/8 ampl.

310. *Cat. n.* 9) *Aliud*, pedi inſiſtens, et os verſus pedentim ſeſe dilatans, in quo inciſa eſt *Cereris* ac *Proſerpinae* raptae fabula. In operculo fornicato, præter inciſas figuras, quatuor anni tempore ſiſtentes, eſt globulus aureus, encauſto nigro, viridi et caeruleo exornatus. Pes duplici orbe aureo cinctus et encauſto obductus eſt. Cryſtall. mont. 7 alt. 4 5/12 ampl. max.

311. (*Cat. n.* 27) *Poculum*. in quo Fidei, Amoris, Spei figurae inciſae. Ejus in operculo fornicato aureoque orbe concluſo, tres Genii, in pede autem, duo margines auratos habente, aves et animantes, inciſi videntur. Cryſtall. mont. 6 1/3 alt. 3 5/12 ampl.

312. *Cat. n.* 85) *Aliud*, ſatis altum, et ad fundum verſus ventrioſum, ſine operculo, in quo varia tubercula et funiculi fructuum inciſi viſuntur. Pedi inſiſtit, duabus partibus conſtanti, et orbe aureo duplici concluſo. Cryſtall. mont. 6 1/2 alt. 3 ampl.

313) *Cat. n.* 66) *Aliud*, forma *cululli*, ita acciſum, quaſi dolium labrumve eſſet, e ligneis lamellis compoſitum, latisque circulis cupreis vinctum. Ad fundum eſt annulus, in ora ſumma duplex anſula, ex auro liquefacto confecti. Operculi parum fornicati globulus fractus eſt. Cryſtall. mont. 4 alt. 2 7/8 ad 1 1/3 ampl.

314. (*Cat. n.* 11) *Aliud*, profundum, et ad oram verſus ſe dilatans, quale fere n. 309. in quo variae volutae et venatio inſcalptae. Operculum, in quo parum caelaturae eſt, globuli loco, habet annulum, alio minore aureo fixum. Pes, cui inſiſtit, duobus annu-

annulis aureis vinctus est. Crystall. mont. 5 1/3 alt. 45/12 ampl.

315. (*Cat. n.* 12) *Aliud*, priori simile, pedique brevi insistens, qui aeque, ac duae ansulae, annulis aureis affixus est. Volutae variae in eo caelatae: operculum habet globulum, eodem modo, quo pes et ansulae, firmatum. Crystall. mont. 5 3/8 alt. 2 7/8 ampl.

316. (*Cat. n.* 12 *b*) *Aliud*, simile, sed pedi altiori nitens, cum operculo fornicato, in quo quatuor globuli, alter alteri impositus. In omnibus similis caelatura est. Crystall. mont. 9 7/12 alt. 2 11/12 ampl.

317 (*Cat. n* 42) *Aliud*, in quo volutae, flores et tubercula caelata: nititur pedi, itidem caelato, cinctoque annulis tribus argenteis inauratis. Topazius capnitis, (*Ranctopas*) 2 1/2 prof. 4 5/8 long. 3 3/4 lat.

318. (*Cat.* D. *n* 102) *Pyxidula* cum operculo, in quo rosa aurea insita. Pedis fragmentum, quod superest, firmat annulus aureus, colore caeruleo obductus. Iaspachates Bohemicus flavus, fuscus, variis crystallis mixtus, 2/3 prof. 1 11/12 ampl.

319. ((*Cat DN*) *Alia*, cum operculo, cujus globulum efficit margarita, auro liquefacto munita. Iaspis Arabicus, Arizusae cognomine insignis, viridis, Smaragdoprasio admodum similis, 5/8 prof. 1 5/8 ampl.

(De hac gemma non nemo haec observavit: Iaspe Arabe, nommè Arizuse, fort estimè pour sa senteur naturelle de musque.)

320. (*Cat. D. n.* 87) *Alia*, major, cum operculo, cujus globulum ac fundum ambit annulus aureus inustus. Sardonyx Oriental. 1 1/4 prof. 2 7/12 ampl.

321. (*Cat. DO*) *Alia*, balsamis condendis apta, cum collo latis lato, et fulcro perbrevi. Carneolus flavus, Chalcedonii et Sardae maculis mixtus, 1 1/3 alt. 11/12 ampl.

322.

322 (C*at. DH*) *Pyxidula*, cylindri fere forma, ſine operculo, in pediculo ei affixo. Achates Bohem. mixtus Carneolo et variis cryſtallis, 2/3 prof. 1 1/12 ampl.

323. C*at. DP*) *Alia*, priori ſimilis, cui et collum latum affixum. Achates violaceus, vel potius ruber. variis cryſtallis mixtus, 1 prof 1 1/12 ampl.

324. (C*at. Eb. n.* 45 *a*) *Alia* tres eburneae, quarum maxima 1 3/8 alt. 1 5/8 ampl.

325 *Cat. Eb. n.* 45 *b*) *Aliae* quinque, eburneae, quarum maxima 1 1/12 alt. 5/12 fere ampl.

326. 327. (C*at. n.* 59 *a et b*) *Duae aliae*, ovatae; ad os verſus paullo anguſtiores, in quibus ſingulis inciſae volutae diverſae. Habent opercula fere plana, in quo tubercula exſtant. Fundum cingit margo aureus, colore nigro inuſtus. Cryſtall. mont. 3 1/4 alt. 2 1/2 long. 1 1/2 lat.

